In ceteris v̄o ordinib⁹ numeroꝝ: vt videri potest in titulis iuxta exigentiā dissi
milis est eoꝝ dispositio. Et vt particulari⁹ rem intelligam⁹: in tabula equationū
octaue sphere tres solū tabelle cū totidē lineis numeri sunt descripte. Equatiōes
eni correspōdētes edirecto tm̄ ad quartā sunt circuli: hoc ē signū vnū ⁊ dimidiū
phisicū. Tabelle tm̄ ille ⁊ equatiōes signis oib⁹ sex phisicis accōmodent': vt de nu-
mero signorū ibi apparentiū apparet. In sup̄iori eni parte supra lineas numeri
signa numero.o.1.3.4.ponunt'. In inferiori v̄o parte signa descripta numero.1.
2.4.5.inueniunt'. Sub quib⁹ descēdendo vel ascēdendo edirecto graduū linea-
rū numeri equationes cū differētijs suis correspōdentib⁹ ponent': vt ad sensum
in tabellis apparet. In tabula autem equationum Solis Lune ⁊ planetarū sex
ponunt' tabelle partiales: que in vna medietate zodiaci sunt extense: habētes sin
gule lineas binas lōgitudinales graduū cū signis.⁊ in frōte supra p̄mā linearū lō
gitudinaliū numero aut.o.aut.1.3.aut.4.⁊ in pede supra secundā linearū lōgitu
dinalium numero aut.3.aut.4.aut.5. Et ex opposito graduū equationes semper
scribunt'. In Sole Argumenti tantū. In Luna vero ⁊ planetis equatio Centri:
Minuta proportionalia. In Luna iterum Diuersitas diametri. In reliquis

longitudines z longiores z propiores z Equatio argumēti positi inuenientur. Differētie item equationū: que nō aliud sunt nisi excessus maioris equationis ad minorē supra lineas inscribunt. Circa has equatiōes tā supra ꝙ̄ infra tituli Adde, vel Minue inscribūt. Et circa dr̄as A additionē designās: vel M minutionē denotās infra aut supra scḋm ꝙ cōuenit positi intuent. ¶ Aniaduertēdū tn̄ hic: ꝙ qn̄ in tabulis equationū occurrit paragraphus: tunc ibi in differentia tam in superiori ꝙ̄ in inferiori margine ponunt due lr̄e vel A z M vel M z A sic ꝙ vna posita est supra aliā. Quarū superior vel exterior respicit equationes et differētias que sunt supra paragraphū. Et inferior sir̄ vel interior respicit eq̄tiones z differētias que sunt sub paragrapho in vtroqз margine. Et hec est dispositio tabularū equationū generalis. ¶ Modus autē generalis introitus in tabulas equationū est cū signis z gradibus cētri vel argumēti inuenti: vt propositio ꝓpria inferi⁹ proxio loco suo docet. Si ergo in quacūqз tabula signum cum quo intras repertū sit in margine vel spacio superiori: tunc gradus cum q̄ intras accipiunt in prima linearū lōgitudinaliū descēdēdo. z ex directo eiusdē gradus versus dextrū si fuerit centrū equatio centri: z minuta proportionalia. Si v̊o fuerit argumentū: equatio argumēti z diuersitas diametri: vel aliq̄ longitudinū accipiunt. quas equationes cū titulis Adde vel Minue sibi suprapositis extra scribe ad partē. Deinde differentiā accipies: si vltra gradus habueris minuta zc̄. q̄ imediate scribit in linea proximo sequēti edirecto. Et considere tur lr̄a scripta supra differentiā in superiori margine. Et eadem littera si fuerit A significat ꝙ pars proportionalis ex ductura inuēta sit addenda equationi accepte. Si v̊o fuerit M significat ꝙ pars proportionalis sit subtrahēda ab equatiōe. Si autē signū cum quo intrat sit in margine inferiori: tunc gradus signi accipiunt in secunda linearū longitudinaliū ascēdendo. z iterū ex directo eiusdē gradus versus dextrū accipit equatio centri vel argumēti zc̄. vt supra. que scribit sir̄ extra ad partē vna cum titulo Adde vel Minue sibi suprapo sita. Deinde accipit si vltra gradus fuerint minuta zc. differētia q̄ imediate sequit in linea ascēdendo. z cōsiderat littera scripta sub differētia in margine inferiori. q̄ littera scribit extra circa differentiā. Et eadē littera si fuerit A significat ꝙ pars proportionalis ex ductura inuenta sit addēda equationi accepte. Si fuerit M significat ꝙ sit minuenda z vtroqз istoꝝ modoꝝ ꝓueīt eq̄tio eq̄ta siue vera Que addit vl' subtrahit a medio motu ꝑut īferi⁹ ī trib⁹ ꝓpositiōib⁹ ꝑcipit

Propositio Undecima.

Ucturam autē vel modū ducendi vnū numerū in aliū: pro parte ꝓportionali inueniēda subiungere. ¶ Animaduertēdū: ꝙ arcus omnis quo mediāte alius arcus inuenit: vt plurimū Centrū vl' Argumentū nominat: z tm̄ signa z grad⁹ cōtinet. Et illud qḋ mediantibus illis arcubus inuenit in tabulis: cōmuni nomīe appellari potest Equatio. Cū ergo habuerз aliquē arcū cū quo erit intrādū ad tabulas ad acci

piendum equationē ₹c.₹ in eo fuerint vltrā signa ₹ gradus minuta ₹ 2ᵃ ₹ ceterē fractiones. Si fractiones ille non fuerint diuersaꝝ denominationū: accipiant ipsemet fractiones vt iacent. Sed si fractiones iste fuerit diuersarū denominationū: reducere oportet eas ad denominationē minoris fractionis ₹ eiusdē denominationis. ₹ vocent primus numerus. Silr si differentie accepte fractiones non fuerint diuersarū denominationū: accipiant ipsemet fractiones ꝑut iacent. Si vo fractiones ille fuerint diuersarū denominationū: oportet etiam eas reducere ad denominationē minoris fractionis ₹ eiusdem denominationis. ₹ vocentur secūdus numerus. Tunc multiplica hunc secūdū numerū per primū. ₹ illud quod ex tali multiplicatione ꝓuenerit: est ꝑs proportionalis quesita. Quam nota cum eius denominatione: quoniā tale ꝓductū denominat a numero resultante ex additione numeri denominātis fractiones primi numeri: cum numero denominātē fractiones secundi numeri: Ut verbi gra: Si numerus denominās fractiones primi numeri fuerit numerus binarius: eo ꝙ tales fractiones fuerāt 2ᵃ. et per simile numerus denominās fractiones secundi numeri fuerit etiā numerus binarius. tunc numerus ꝓductus ex multiplicatione primi numeri p secundū erit 4ᵃ. quoniā aggregādo duo cum duobus que denomināt fractiones primi ₹ secundi numeri: ꝓueniūt. 4. Et si vnus duoꝝ denominatoꝝ fuerit binarius numerus: ₹ alter vnitas: ꝓductū erit 3ᵃ. Et si ambo fuerit vnitas: ꝓductū erit 2ᵃ. Et si vnᵒ fuerit binarius: ₹ alter ternarius: ꝓductū erit qnta. ₹ sic de alijs Et si ista pars proportionalis fit minus. 60. ipsā accipe vt iacet. Si vo fuerit 60 vel plus: reduc totū ad grossiores fractiones tibi possibiles: diuidendo per. 60. Exempli grā: Uolo sumere partē proportionalē de. 20. scdm proportionē de. 60 ad. 12. hoc est dicere: Debeo reperire vnū numerū qui se habeat in eadem proportione ad 20. in qua se habeat. 12. ad. 60. Erit itaqꝫ. 60. primus. 12 secundus tertiᵒ autē. 20. multiplico. 20. in. 12. ₹ sunt. 240. que diuido per. 60. et proueniūt 4. Est igitur. 4. pars proportionalis de. 20. sicut. 12. de. 60. quia vtrobiqꝫ quinta pars. Silr in omnibᵒ alijs ages. ¶ Ex tabulis autē in quibus differētie scripte non apparent cum titulis: vt fit preter in equationū tabulis: ceteris fere omnibus: differētia ipsa hoc modo extrahit. Intra primo cum numero signoꝝ ₹ graduū: querēdo in lineis numeri numerū consimilē. ₹ equationē quā inuenies in directo existentē scribe extra ad partē. Postea vo si habueris aliquas fractiōes in arcu cum quo intrasti prius vltra signa ₹ gradus: tunc cum vno gradu addito ad arcū cum quo prius intrasti iterum intra cum tali arcu accipiendo iterū equationē in directo existentē sicut prius. Et tunc minorē equationē a maiori subtrahe. ₹ illud quod remanet est differētia. De qua si partē proportionalem acceperis vt supra: eam adde equationi prime: si fuerit minor equatione secunda. vel subtrahe eam a prima equatione: si fuerit maior ꝙ̄ secunda. ₹ quod post subtractionē vel additionē ꝓuenerit: est equatio precisa. ¶ Itē si in arcu aliq intrādo habueris. s̄. o. ḡ. o. sed fractiones tm̄. tunc istas fractiones p equationē acceptā in directo vnius gradus: ₹ nihil in signis vtrisqꝫ ad idem genᵒ prius reductis. ₹ deinde ꝓducto diuiso per. 60. vt dicit: habebit equatio. que deinde ab equatione existēte in directo. s̄. o. ḡ. o. seu. s̄. 5. ḡ. 59. subtrahat. ₹ erit equatio tui

propositi. Post hac parte proportionali inuēta addimus eā vel subtrahimꝰ ab equatione ꝑut lr̄a A vel M iuxta scripta admonet. tunc resultabit equatio eq̄ta et vera. ¶ Sed ad multiplicē laborē multiplicatiōis ꝛ diuisionis huiusmodi vt supra euitandā: que multotiēs in huiusmodi equationibꝰ tā planetarū ꝙ̄ ecliptiū euenire solet: cōposita est tabula ꝓportionalꝭ: ꝛ his tabulꝭ inserta. Que tabula numero sexagenario tā ī margine suꝑiori trāsuersaliṫ: ꝙ̄ a latere descēdēdo extēdiṫ. Cuiꝰ vsus talꝭ ē. Quere vnū numeroꝝ de quo partē proportionalē vis haberꝭ scd̄m proportionē ad. 60. s. dr̄am ī capite tabule ꝛ alterū. s. arcꝰ fractionē ī latere tabule eiusdē. ꝛ qd̄ inuenerꝭ ī angulo cōi: erit proportio q̄sita: ea cōditione: vt numerꝰ anguli ī spaciolo dextro ꝯtētꝰ ē istiꝰ proportiōis quā denoīatores silꝭ iūcti: vt supra iam dixi constituūt seu producūt. ꝛ nūerꝰ in spaciolo sinistro erit ꝓxime minutie maior. Si aūt in alterutro fuerint diuerse fractiōes: cū qualibet diuisim cū reliq̄ intres. ꝛ qd̄ inuenies aggreges: q̊dlibet. s. ad suū genꝰ. Si aūt in vtroq̄ȝ sint diuerse fractiones: cū q̄libet vniꝰ: ꝛ cū qualibet alteriꝰ seorsum intres. ꝛ fac vt priꝰ. ꝛ resultat tūc scd̄m denoīationē propositū. ¶ Exēpli grā: Uolo ex tabula proportiōis partē proportionalē sumere cū arci minutꝭ 24. secūdis. 36. ꝛc̄. de. 60. ad differētiā. m̄. 2. 2̈. 24. Quero primo minuta differētie. s. 2. in margine superiori in linea trāsuersali: ꝛ minuta que habui in arcu vltra gradus. s. 24 ī linea a latere versus sinistrā. ꝛ inuenio in angulo cōi numerū: q est. m̄. 0. 2̈. 48. Deinde iterū quero minuta illa. 2 in suꝑiori margine: ꝛ 2̈ arcus. s. 36. in latere. ꝛ in angulo cōi iuenio numerū: q est. m̄. 1. 2̈. 12. Demū silꝛ q̄ro 2̈. 24 differētie in suꝑiori margine: ꝛ. m̄. 24. arcus in latere. ꝛ numerꝰ ī angulo cōi: est 2̈. 9. 3̈. 36. Deinde iterū illa. 2̈. 24 q̄ro in suꝑiori margine vt prius: ꝛ 2̈. 36. ī latere. ꝛ inuenio in angulo cōi numerū: q est. 3̈. 14. 4̈. 24. Que si collocenṫ quodlibȝ sub suo genere: ꝛ deinde silꝭ addentur: erit pars proportionalꝭ inuēta istud. s. m̄. 21. 2̈. 50. 3̈. 24. 4̈. 0. Quā adde vel subtrahe ab equatione: vt dicitur in propositionibus. Et sic de singulis ꝛc̄. ¶ Item notandū: ꝙ̄ pars proportionalis intelligiṫ accipienda q̄ñcunq̄ȝ in propositione aliqua dicaṫ: si opus est: siue precipiaṫ intrandū cū duplici introitu. Denominationes autē et variationes fractionū in ductura ꝑ tabulā proportionū in tabella hic apposita patebūt liq̄dissime.

¶ Tabella denoīationū fractionū

Numerus ducēdꝰ.	ductꝰ.
g̈·ꝑ g̈·	g̈· g̈·
g̈·ꝑ m̄.	g̈·m̄.
g̈·ꝑ 2̈.	m̄. 2̈.
g̈·ꝑ 3̈.	2̈·3̈.
g̈·ꝑ 4̈·	3̈·4̈
m̄·ꝑ m̄.	m̄. 2̈.
m̄·ꝑ 2̈·	2̈ 3̈.
m̄. ꝑ 3̈	3̈·4̈.
m̄ ꝑ 4̈·	4̈· 5.
2̈·ꝑ 2̈·	3̈·4̈.
2̈·ꝑ 3̈·	4̈· 5.
2̈·ꝑ 4̈·	5. 6.
3̈ ꝑ 3̈.	5· 6.
3̈·ꝑ 4̈.	6. 7.
4̈·ꝑ 4̈·	7. 8.

Propositio Duodecima.

Otū Augis cōis: ex q̄ aux propria Solꝭ ꝛ Mercurij Martis Jouis ꝛ Saturni elicitur: ex tabulis ad hoc factis inuenire.

¶ Sciēdū ꝙ̄ ad habēdū motus augiū tabulis duabus indigemꝰ. s. tabula augiū ꝛ stellarū fixarū: q̄ est tabula motꝰ cōtinui. ꝛ tabula medij motus accessus ꝛ recessus: qm̄ motꝰ ille

ex duplici motu componit.s.motu cōtinuo: et motu accessus et recessus. Et dicit Aux cōis: quoniā cū cuiuslibet planete auge cōicat: vt inferius patebit: similiter et cum stellis fixis. ¶ Cū igit augē cōmunē ad aliquā eram inuenire volueris: primo eram constitue per primā. Secundo mediū motū augiū et stellarū fixarū illius ere non accepta radice inuenias: p.9. et nota ad partē. Tertio radicē accessus et recessus octa. sphere p.8. accipe quā etiā scribe extra. Quarto cū signis et gdibus que in medio motu octaue sphere habes. in tabulā eqtionū eiusdē octaue sphe-re intrabis. et equationē pro signis et gdibus accipe. quā nota extra. et scribe circa eā Adde vel Minue: vt in titulis suis videbis. Quinto si opus ē differētiā equa-tionis accipe. et circa eam scribe A vel M vt in titulis circa equationē videbis. Sexto partē proportionalē iuxta modū in canone vel propositione precedenti dictum inquire ducendo differentiā in residuū numeri. Quam partem propor-tionalē adde vel subtrahe iuxta admonitionē litterarū circa eam: ab equatione prius accepta. et exibit equatio equata vel vera. Ultimo eandem equationem equatā siue verā adde vel subtrahe a motu augiū et stellarū fixarū prius accepto prout titulus docebit. et quod post additionē vel subtractionē peruenerit Aux cō-munis vocabitur. Et est propositum.

Propositio Tertiadcima

Era loca stellarū fixarū ad quodcūqz tps volueris per tabulas tā in lōgitudine q̄ī latitudie ineuenire: et magnitudinē earū cognoscē. ¶ Nota q stelle fixe quarū loca per astronomos attendunt sunt. 1022. Que stelle ponunt in.48. imaginibus celi Que signa seu figure seu constellatiōes vocant. ¶ Harū igit 1022. stellarū ad aliquā erā si volueris inuenire loca: necesse est vt scias prima loca earū verificata ad aliqd tps tibi notū. Et fuerunt loca earum vltimo verificata per Alfonsum Anno Christi. 1251. mē-ses. 5. Si itaqz loca earum ad quodcūqz tempus aliud verificare volueris: pre-scribe primo augem cōmunē ad tempus ere Alfonsi: ad quam nunc stellas hic habes verificatas. Et ipsa est Signū. 0. gradus. 17. minuta. 15. 2. 34. Post repe ries augem communē ad tempus aliud: ad quod ipsas verificare velis. et ab ea subtrahe augem cōmunē prescriptam. et hoc si tempus ad quod stellas verifica-re vis fuerit post annū. 1251. menses. 5. Uel subtrahe ab ipsa auge prescripta: si tempus tale precesserit annū dñi. 1251. meñ. 5. et quod post subtractionē manet erit motus stellarū fixarū in tempore quod est inter annū Christi. 1251. meñ. 5. et ipsum annū seu eram ad quam eas stellas verificare volueris. Hunc igit motū adde ad locum cuiuslibet stelle positū in tabulis istis si tempus tue verifi-cationis sequitur annū ere Alfonsi. vel ipsum subtrahe a loco cuiuslibet stelle in his tabulis posito: si tps tue cōsiderationis pcesserit. et hoc intellige de locis earū in lōgitudine. et habebis ipsarū loca i lōgitudine vificata ad tps ad qd volebas.

¶ Si autē vera loca stellarū vt supra aliter ⁊ ꝑ eram Alfonsi inuenire velis: Subtrahe eram Alfonsi ab era tue considerationis. ⁊ cum eo quod post subtra/ctionē reliquū erit operare: sicut egisti in medijs motibus: Ut si que ibi fuerint quarte: ingredere tabulā medij motus Augiū ⁊ stellarū fixarū non accepta ra/dice. Sin tertie: cum tertijs. ⁊ sic de reliquis. ⁊ quod ꝓuenit singulis simul addi/tis: serua ad partē. Postea in tabella radicū motus octaue sphere accipe radicē Alfonsi: ⁊ eam scribe extra. ⁊ accipe illud etiam quod inscribitur statim in ꝓxima linea sequenti post radicē illā. s. equationē in directo inscriptionis Eius motus est: que est equatio que fuit tūc temporis. Quā equationē serua. Qua sic serua/ta: ad eram a tempore Alfonsi vsq₃ ad tempus tue considerationis quere mediū motū accessus ⁊ recessus ⁊c. per. 9. quē adde cum radice Alfonsi prius seruata. et cum illo quod ꝓuenit in signis ⁊ gradibus: intra tabulam equationū motus accessus ⁊ recessus: ⁊ quere equationē: sicut dictū fuit i. 12. s. propositiōe motus augiū ⁊c. Qua habita subtrahe equationē quā seruasti. s. illam que tempore Al/fonsi fuit: ab equatione nūc inuēta. ⁊ illud quod remanet: est differētia inter eq̄/tionem que fuit tempore Alfonsi: ⁊ illam que fuit tempore considerationis tue. Quam differentiā adde ad motū Augiū ⁊ stellarū fixarū prius seruatā. ⁊ quod post additionē ꝓuenerit adde loco cuiuslibet stelle fixe tēpore Alfonsi. et quod ꝓuenerit: erit locus eius hora ⁊ tp̄e considerationis tue. Et habes propositum.

¶ Gradus vo ⁊ minuta latitudinis stellarū non mutabis. Latitudines enī earū īuariate manēt: nisi q̄d minime sensibilitatis ꝯsequenter trepidatōis motu. Partē latitudinis cognosces ꝑ titulū suū septentrionalē: qui est lr̄a. S. aut meridionalē qui est lr̄a. M. Magnitudinē autē intelliges ꝑ nūeros in vltima linea versus dextrā positos. Distincte nāq₃ sunt stelle de quibꝰ ꝯsideratio potuit eē in sex or/dines. Quarū prime sunt maiores: deinde pauco minores: ⁊ post iterū minores. sic vsq₃ ad sextam ordinationē. Ubi igitur inuenies in eadem linea. 1. significat q̄ talis stella est de prima magnitudine. vbi vo. 2. de secūda. vbi aūt. 3. erit de ter/tia. ⁊ sic consequenter. Exemplū ꝑ temetipsum si nō penitus ebes es faciliter po/tes constituere ⁊c.

Propositio Quartadecima

Augem propriam Solis qua eius argumētū inuenitur: Augē q₃ propriā Mercurij Martis Jouis ⁊ Saturni: qua nos eorū centra cognoscimꝰ: per q̄ facile inuenire. ¶ Unde si habere volueris augem propriā cuiuscū q₃ planete: augē istā cōmunē ꝑ precedētē inuentā ad augē planete quā inuenies in paruis tabellis augiū ī tabula radicū adde: ⁊ aux ꝓpria illiꝰ planete ha/bebitur.

Propositio Quintadecima.

Argumenta media ⁊ Centra media omniū planetarū: quibus equatiōes ⁊c. in tabulis eq̄tionū cognoscentur inuenire. ¶ Ad habēdū primo argumentū Solis: subtrahe augē propriā eiꝰ a suo medio motu. ⁊ ꝓductū erit argumentū Solis. ¶ Ad ha/bēdū cētrū mediū Lune: mediū motū Solis tue ere subtrahe

a medio motu Lune eiusdē ere. ꝛ qđ remanet post subtractionē dupla. ꝛ hoc duplatū erit centrū mediū Lune. ¶ Centrū Ueneris semꝑ est argumentū Solis ¶ Cētrū mediū ī Mercurio Marte Joue ꝛ Saturno si vis hēre: subtrahe augē. cuiusuis istoꝝ a suo medio motu. ꝛ ꝑductū erit centrū mediū eiꝰ. ¶ Argumēta media Ueneris ꝛ Mercurij atqꝫ Lune sumunt cū proprijs tabul' ꝑ modū illū ꝙ dictū est in ꝑpōne. 9. de medijs motibus inueniēdis. ¶ Ad habendū autē argumentū mediū cuiusuis triū supioꝝ: videlicet Martis Jouis ꝛ Saturni: mediū motū eiusdē planete ere proposite subtrahe a medio motu Solis ere eiusdem. ꝛ productum erit argumentū medium talis planete. Hoc quia facile est intellectu supersedemus exemplis.

Propositio Sextadecima.

Erum motū Solis ꝑ tabulas inuenire. ¶ Inueniat primo ad eram propositā medius motus Solis ꝑ. 9. ꝛ ipsum scribendo ad partē serua. Secundo scias argumentū eius ꝑ. 15. Tertio cū argumēto illo intra tabulam equationū Solis. ꝛ equationē in directo existentē cum sua differētia accipies: circa ea scribendo titulos Adde vel Minue prout tabula admonet. Quarto partē ꝓportionalē inqre si opus ē ꝑ. 11. Demū parte proportionali inuēta: eā adde vel subtrahe ab equatione argumēti iuxta tituloꝝ designationē. ꝛ quod post augmentū vel diminutionē ꝓuenerit: est equatio Sol' equata ꝛ vera. Quito ꝛ vltimo eandē eq̄tionē iuxta titulorū. s. Adde vl' Minue circa equationē conscriptoꝝ denotationē: adde vel subtrahe a medio motu superius inuēto ꝛseruato. ꝛ quod post augmentū vel diminutionem prouenerit: erit verus locus Solis ad eram propositam in zodiaco.

Propositio Decimaseptima.

Erum locū Lune ꝑ tabulas inuenire. ¶ Inueniat ꝑmo ad erā propositā mediꝰ motus Lune ꝑ. 9. ꝛ cētrū Lune ꝑ. 15. ꝛ argumentū eiꝰ mediū ꝑ eandē. ꝛ scribe vnūquodqꝫ ꝑ se seorsūꝫ: et serua ad partē. Secūdo cum cētro Lune medio tabulam equationū Lune ingredere: ꝛ eius simile ī lineis numeri q̄re. et accipe quod in eius directo inueneris de equatione cētri. et circa ipsā: tituloꝝ denōtionē: videlꝫ Adde vel Minue scriptā ꝯsidera. similr differētiā cū suis lrīs A vel M annotādo accipies. ꝛ vnūquodqꝫ ꝑ se seorsum scribe. Uide etiā ibidē. s. vbi intrasti cū cētro Lune minuta proportionalia q̄ sūt ī directo: ꝛ ipsa serua vna cū eoꝝ differētia ꝛ litterā tituloꝝ. s. A vl' M. Tertio si aliqd vtrorūqꝫ istoꝝ in differētia inueneris: queres partē proportionalē: ꝛ fac exinde ꝛ equationē cētri ꝛ minuta proportionalia equata vel vera ꝑ. 11. Si aūt nō erit in differētia aliqd in his: tūc qcqd accepti inueneris vt iacet scribe extra: ꝛ serua ad partē cū suis litteris tituli. Quarto eādē equationē cen

tri iam equatam iuxta exigentiam tituli adde vel subtrahe a medio argumento Lune. & erit argumentũ equatũ siue verum. Quinto cum argumẽto illo equato intra easdem tabulas equationũ: & eius simile in lineis numeri quere: & accipe qđ in eius directo inueneris de diuersitate diametri circuli breuis: & si opus ẽ cũ sua diã & litterarũ titulis. & partem proportionalem per. 11. inuentam iuxta litterarum designationẽ adde vel minue. & erit diuersitas vera siue equata diametri. De qua diuersitate diametri ĩuenta: & per minuta ꝓportionalia prius ad partem seruata: partem iterum proportionalẽ inquire per. 11. ponendo videlicz minuta proportionalia inferius: & diuersitatẽ diametri superiꝰ. & prouenit pars proportionalis. quam serua iterum ad partem. Sexto cum eodem argumento vero ĩ eadẽ tabula equationũ Lune in directo existentẽ accipe equationẽ argumenti cũ eius differẽtia si opus ẽ. circa que scribe titulorũ notã. s. Adde vel Minue: prout tabella te docebit. Deinde parte proportionali si opꝰ erat inuenta p 11 prouenit equatio argumẽti equata siue vera. que equatio primo examinata appellatur. Septimo huic equatiõi ꝓmo exaĩate: diuersitati diãmetri partẽ proportionalẽ iam superiꝰ seruatã adde: & prouenit equatio argumẽti. q̃ equatio secundo examinata appellatur. ¶ Hic nõ pigriter notande sunt cautele tres. Prima: ꝙ si cum centro Lune inueneris in minutis proportionalibꝰ. m̃. o. & . o. tunc non est opꝰ querere partẽ proportionalem. neqꝫ est necesse vt diuersitas diametri inquiratur. Nam tunc equatio primo examinata erit equatio secũdo examinata. Secunda: habitis minutis proportionalibus: & seruatis ad partem: si demũ cũ argumento vero inueneris in diuersitate diametri g̃. o. & differentia. o. tunc minuta proportionalia nullius operis erunt. neqꝫ necessarium est querere partem proportionalez cum diuersitate diametri. sed equatio primo examinata erit iterum equatio secundo examinata. Tertia: ꝙ si contigerit. 60. in minutis proportionalibus prouenire: & . o. in differẽtia. tunc iterum non est necessarium per minuta proportionalia querere partem proportionalem cum diuersitate diametri Sed pars proportionalis tũc querenda: est ipsamet diuersitas diametri. Que tũc tota additur equationi primo examinate: vt fiat equatio argumẽti secundo examinata. Octauo equationẽ hanc argumenti secundo examinatã adde vel subtrahe scđm ꝙ titulus equationis exposcit: a medio motu Lune modo supra dicto inuẽto & seruato ad partem. & quod prouenit: est verus locus siue verus motus Lune ad erã propositã in Zodiaco. ¶ Hic notãdũ generale p̃nti plibꝰ qꝫ ꝓcedẽtibꝰ & sequẽtibꝰ propositiõibꝰ: ꝙ q̃n cũ motu aliq: vt cẽtro vl' argumẽto ĩ tabulas equationũ ĩtrare debemꝰ: & fuerit aliqd ĩ signis: & . o. ĩ g̃dibꝰ. & signa illa in ꝑte supiori tabule eẽnt sigñta: resoluẽdũ ẽ vnũ signoꝝ ĩ. 60. g̃dꝰ. & ĩtrãdũ ẽ cũ signis residuis & 60. g̃. ĩ tabulas equationũ. Signa ãt si ĩ tabula deorsũ locẽt veluti signa & . g̃. illiꝰ motꝰ cũ quo intrat nobis deseruant: intrandũ est.

Propositio Decimaoctaua.

Erum locum Veneris & Mercurij: ac Martis Jouis & Saturni per tabulas inuenire. ¶ Inueniatur primo medius

motus cuiusuis planete ad eram propositam cuius verum motum desideras: per. 9. Deinde queratur centrum medium eius. Similiter et eius planete quere argumentum per. 15. Que singula extra scribe: quodlibet per se ad partem Secundo cum centro medio planete tabulam eiusdē planete ingredere: querē do simile in lineis numeri. et quod in eius directo inueneris de equatione centri extra per se nota cum sua dīa etc. si opus fuerit. cum qua partem proportionalem inquire per. 11. Et eandem partem proportioualem inuentam iuxta titulorum A vel M significationē adde vel subtrahe ab equatione centri quam ex tabula cepisti. et erit equatio centri equata siue vera. Tertio equationem hanc eandem centri equatam: si circa eam scriptū fuerit Adde: eam adde centro medio: et subtrahe eam ab argumēto medio. Si vero circa eam scriptum fuerit Minue: ipsam a centro medio subtrahe: et adde eam argumento medio. et habebis vtrūqz equatum. s. centrum et argumentum. Et serua equationem hanc centri: quia inferius ea indigebis: ad partē cū suo titulo. s. Adde vel Minue. Quarto cum centro equato eandem tabulam equationū ingredere querendo simile in lineis numeri. et minuta proportionalia in directa inuenta extra per se nota cum sua differentia. si ē op⁹: et fac partē proportionalē per. 11. et iuxta titulorū exigentiā eā adde vel subtrahe: et habebis minuta proportionalia equata. et deinde scribe ea ad partē: cū titulo. s. Longiora suprapositio vel Propiora: prout tabula docet. Quarto cum argumento equato eodem modo intra eandem tabulam. et querendo simile in lineis numeri: quod in directo inueneris de diuersitate diametri circuli breuis in altera longitudinū cum sua dīa si est op⁹ accipe. Si enim supra minuta proportionalia supra seruata scriptum fuerit Lōgiora: tunc cape diuersitatē diametri sub longitudine longiori. Si aūt super ea scriptū fuerit Propiora: tunc cape eā sub longitudie propiori. et similit̄ si op⁹ erit cape semp suas dīas. et per. 11. fac partem proportionalē: et habebis diuersitatē diametri equatam vt supra. Et diuersitate diametri equata inuenta cum minutis proportionalibus ad partem seruatis iam supra: de ea diuersitate accipe partem proportionalē quam serua ad partem. et scribe circa ipsam M si diuersitas diametri accepta est sub longitudine longiori. vel scribe circa ipsam A si ipsa accepta est sub lōgitudine propiori. Licet solet ab aliquibus dari differentia in Mercurio propter minuta proportionalia sua: que variantur in longitudine propiori. Sed ista variatio minutorū proportionaliū non facit diuersitatem in opere: dūmodo aspiciatur titulus minutorū proportionaliū: vtrum sint in longitudine longiori vel propinqori. Deiñ hanc partē proportionalē serua ad partē. Sexto iterum cum argumento equato eodem modo in eadem tabula equationū in directo existentē accipe equationē argumenti cum sua dīa. si ē op⁹ Deinde parte proportionali per. 11. accepta: ipsam fac equatam vel veram: et exibit equatio argumenti. que vocatur vt in Luna equatio argumenti primo examinata. Septimo equationi huic. s. primo examinate diuersitatis diametri partem proportionalem superius seruatam: si circa eam litterā A inuenit̄ adde. vel ab ea subtrahe: si circa eā lrā M inuenit̄. et qđ post additionē vel subtractionē ꝓuenit erit

equatio argumēti. q̄ dicit̄ sic equatio argumēti secūdo examinata. circa quā titulū Adde vel Minue: vt in tabula vides nota. ꝛ ipsam scribe ad partē. Octauo equationes vtrasq̄. s. equationē centri sup̄ius seruatā ad partē cū suo titulo: et equationē argumēti istā secūdo examinatā cum suo titulo considera. Et si circa vtrasq̄ scriptum est Adde: adde eas simul: ꝛ totum addas medio motui planete. Et si sup̄ vtrasq̄ scribatur Minue: tunc iunge eas simul: ꝛ totum minue a medio motu planete. Et si circa vnam scriptū fuerit Adde: ꝛ circa aliam Minue: tunc minue minorem a maiori: ꝛ residuū iuxta ꝙ titulus Adde vel Minue circa maiorē equationē scriptus exposcit: adde vel subtrahe a medio motu planete. ꝛ qđ post augmentū vel diminutionē ꝓuenerit: est verus locus planete ī zodiaco. ¶ Notādū est ꝙ in ista ꝓpōne ꝛ in reliqs: q nō curaret magnā p̄cisionē: posset isto modo equare: Quia posset videre vtrū in centro vel argumēto vltra. s. ꝛ. g. essent aliqua minuta. ꝛ si eēnt. 30. vel plura q̄p. 30. posset pro eis addere vnū gradū cū gradibus cētri vel argumēti. ꝛ si essent pauciora q̄p. 30. de eis nō curaret ꝛ sic cū vno introitu haberet equationē: nec oporteret q̄rere partē proportionalē. ꝛ esset opatio satis p̄cisa ad sciēdū ī q̄ gradu est planeta in zodiaco. ¶ Preterea hic ꝛ aliud generale reliqs est notādū diligentissime. Sepius eni tibi occurret ī opatiōe: ꝙ q̄tiēscūq̄ p̄cipit̄ ī propositiōe subtrahere talē numeꝝ a tali sine cōditione: necesse est semp̄ subtrahere: siue ille numerus a q̄ fit subtractio sit maior siue minor illo q debet subtrahi. q̄n si ille nūerus a q̄ debet fieri subtractio sit minor: addenda sunt sex signa: ꝛ postea facienda est subtractio. Sunt eni sex signa vna circuli reuolutio.

Propositio Decimanona

Lanetarū passiones īuenire. ¶ Ex tabula quecūq̄ tabulas motus planetaꝝ singulos sequēs: passiones planetarū facile cognosces eius dispositiōe p̄cognita Tabulaꝝ igit̄ istaꝝ p̄ma ē Lune: q̄ tabula latitudīs Lune intitulat̄. Cuius dispositio ē: vt ī capite ꝛ in pede tabule trāsuersaliter signa cōmunia: in latere duplices lineas numeri graduū descēdentiū ꝛ ascēdentiū: inseruiētes signis continet: in quoꝝ directo latitudo Lune ponit̄. ¶ Reliquarum autē tabularū q̄libet quattuor cōtinet tabellas. Quarū p̄ma semp̄ inseruit ortui et occasui: apparitioni et occultationi illius planete cuius ibidem est inscriptio. Secūda eius directioni et retrogradationi et stationi. Tertia eius diuerso motui in vno die. Quarta eius latitudini ab ecliptica: oēs vnis lineis numeri accomodent̄. Quas tituloꝝ inscriptiōes explanāt. Quarū vsus est iste vt ordine seq̄t̄: passione tarditatꝭ ꝛ velocitatꝭ motus Lune: quia sine tabula accipit̄ primo hic interserta.

Tarditatē vel velocitatē Lune inuenire. ¶ Luna nō dicit̄ neq̄ directa neq̄ retrograda: sed cursu velox tarda vel equalis. ¶ Utrū autē sit cursu suo velox vel tarda vel equalis: Aspicias argumentū Lune equatum. siue verum: ꝙ si ipsum fuerit minus vno signo cum dimidio: vel plus. quattuor. cum dimidio: erit cursu tarda.

Si v̄o fuerit plus vno signo cum dimidio: et minus quattuor cum dimidio: erit cursu velox. Si aūt fuerit p̄scise vnū signū cum dimidio: vel p̄scise quattuor cum dimidio: erit cursu equalis. Potest etiā hoc idem aliter scire: videlicet habito motu Lune vero: queras verum locū eius ad vnam diem plus: et subtrahe minorē de maiori: et numerus remanens si equabit. g̃. 13. et. m̄. 11. equalis cursu dicet. Si v̄o minor: tarda. et de quanto maior: de tanto velocior. et de quanto minor: de tanto tardior erit.

Propositio Decima nona

Atitudinē Lune per tabulas inuenire. ¶ Latitudinē Lune quia p̄ Argumentū latitudinis Lune inuenit: et Argumentū latitudinis Lune habet per verum locum Capitis draconis Lune: Jccirco de ipsis hic primo ponemus propositiones.

VErū locū Capitis et Caude draconis Lune inuenire. ¶ Mediū motū capitis Lune inuentū per nonā huius ad Eram propositā: subtrahe de signis. 6. et residuū erit verus locus Capitis draconis. Et in gradu opposito erit locus verus Caude draconis Lune in zodiaco.

VErum argumentū latitudinis Lune inuenire. ¶ Uero loco Lune per. 13. huius inuento ab eodē subtrahe verū locū Capitis draconis. Uel aliter: Uero loco Lune adde mediū motum Capitis draconis. et vtroq̄ modo habebis Argumentū latitudinis Lune verum siue equatum.

Atitudinē igit̄ Lune si velis: Jngredere cum Argumēto latitudinis Lune h̄ modo. Resolue argumentū latitudinis Lune in signa cōia. Et si in argumento illo fuerit ab vno gradu vsq̄ ad sex signa cōmunia: tunc intrabis a superiori parte cum numero signoꝝ perfectoꝝ. Et cum g̃. in linea graduū descendente vsq̄ ad. 30. et in angulo cōmuni terminā̄te lineā in qua accepisti g̃. et lineam in qua accepisti numerū signoꝝ: inuenies Latitudinē Lune scriptā p̄ g̃. m̄. et. 2̄. Et si in Argumento sint plura signa q̄. 6. tunc intrabis ab inferiori: intrando lineam graduū que ascēdit ab vno vsq̄ ad. 29. et in angulo cōmuni terminā̄te lineā in qua accepisti gradū: et lineam in qua accepisti numerū signoꝝ: inuenies latitudinē Lune scriptam per g̃. m̄. et. 2̄. Et hoc semper cum parte proportionali: si oportet. ¶ Que Latitudo erit septētrionalis ascēdens: si argumentū equatū latitudinis Lune intelligēdo signa phisica fuerit min⁹ vno signo cum dimidio. Eritq̄ septētrionalis descendens: si erit plus. 1. signo: et minus. 3. Si v̄o fuerit plus. 3. signis: et minus. 4. cum dimidio: erit meridionalis ascēdens. Si autē fuerit plus. 4. signis cum dimidio erit meridionalis descēdēs. Si autē argumentū equatū fuerit Signū. 0. siue. 6. p̄scise: erit Luna in Capite draconis. Et si fuerit. 3. signa p̄scise: tūc erit descēsus sine latitudine. et esset tunc p̄scise in Cauda draconis. Si v̄o dictū argumētū

fuerit prescise vnius signi cũ dimidio: tũc Luna habebit latitudinẽ septentriona-
lem. ⁊ potest tunc appellari Ascensus ⁊ Descensus. Ascensus quidẽ respectu la-
titudinis imediate precedẽtis. sed Descensus respectu latitudinis imediate se-
quẽtis. Et si dictũ argumentũ fuerit prescise. 4. signoꝝ cum dimidio: tunc Luna
habebit latitudinẽ meridionalẽ. ⁊ potest tunc appellari Ascensus ⁊ Descensus
respectu diversoꝝ modo iam supra dicto.

Propositio Vigesima.

Planetarũ ortũ ⁊ occasum apparitionẽqꝫ aut occultationẽ sub
radijs Sol' cognoscere. ¶ Venus ⁊ Mercuri⁹ ppt tarditatẽ
⁊ velocitatẽ sui motus inuoluunt circa Solem: ⁊ habẽt se ad
Solẽ quattuor modis. Nam cũ fuerit argumentũ Veneris e-
quatũ ab vno gradu inclusiue ĩ duo signa ⁊ g̃. 17. s. g̃. 3 17. erit
in ortu suo vespertino. ⁊ videbit post Solis occasum sup ho-
zontẽ in occidente. ⁊ tunc etiam est Sole velocior. Et a duob⁹
signis ⁊. 17. gradib⁹ exclusiue vsqꝫ in tria signa integra. s. g̃. 180. erit in occasu ve-
spertino: quia tunc tardat vadens ad Solem. consequiturqꝫ Sol atqꝫ preterit.
Et a trib⁹ signis ĩ tria signa ⁊. grad⁹. 43. s. g̃. 223. erit in ortu matutio: eo ꝙ est tar-
dior Sole. Et a tribus signis ⁊. 43. gradib⁹ exclusiue vsqꝫ in. 6. signa integra: erit
in occasu vespertino: velocior. s. Sole. ¶ Mercurij vo argumentũ equatũ cũ fu-
erit ab vno gradu inclusiue vsqꝫ ĩ signa duo ⁊ g̃. 13. s. g̃. 73. tunc orit vespere. Et a
duobus signis ⁊. 13. gradibus exclusiue vsqꝫ in tria signa. s. g̃. 180. erit in occasu
vespertino. Et a tribus signis exclusiue vsqꝫ ad. 4. signa ⁊ g̃. 8. s. ad g̃. 248. oritur
mane. Et a. 4. signis exclusiue vsqꝫ in. 6. signa. s. ad g̃. 360 occidit de mane. Velo-
citas autẽ ⁊ tarditas motus eius considerant sicut in Venere. ¶ Veneris autẽ
et Mercurij pma occidental' apparitio erit cũ eorũ cuiuslibet argumẽtũ fuerit
fere. g̃. 40. erit vespertinalis. Si vo fuerit. 5. signa g̃. 40 s. g̃. 340. erit eorum prima
orientalis occultatio matutinalis. Et si fuerit fere signa. 2. g̃. 40. s. g̃. 100. erit eoꝝ
occultatio vespertinalis. Et cum fuerit fere signa. 3. g̃. 20. s. g̃. 200. erit prima ma-
tutinalis eorum apparitio. ¶ Triũ autẽ superiorũ planetarũ ortũ ⁊ occasum
ita inuenias. Argumentũ eoꝝ equatũ cõsidera. Quod si fuerit ab vno gradu in-
clusiue vsqꝫ in finẽ triũ signoꝝ: erunt in ortu matutino. Si vo a tribus signis ex-
clusiue vsqꝫ in. 6. signa integra: erunt in occasu vespertino. ¶ Cum autẽ volueris
scire ortum cuiuslibet trium superioꝝ ante Solis ortũ mane apparẽtis: tunc. s. qñ
pretermissus est a Sole per g̃. 20. exiens de subradijs Solis inceperit apparere.
Considera: cum argumentũ eius equatũ fuerit prope g̃. 20. erit incipiens appa-
rere: exiens ⁊c. de subradijs Solis. Occultari autẽ incipiet atqꝫ tegi cum fuerit
idem argumentũ prope signa. 5. g̃. 40. s. g̃. 340.

Vtrũ planeta sit apprens aut occulta sub radijs Solis cognoscere.
Notandum ꝙ Veneri ⁊ Mercurio est ortus ⁊ occasus mane ⁊ ve-
spere. Si igit hanc passionẽ scire cupis: scias locũ eius horũ duoꝝ
cuiuslibet equatũ: ⁊ locum Solis. ⁊ que sit vtriusqꝫ loci differẽtia. ⁊
cuius sit: videlicet Solis aut planete. Cui⁹ autẽ locus plus habuerit in gradib⁹

et minutis: ipsius est differētia. Quam differentiā nota. Post considera si fuerit argumētū Veneris equatū minus signis. 2. g̃. 17. s. g̃. 137. erit Venus vel in ortu vespertino apparens vel occulta. Intra itaqꝫ tabulam ortus eius vespertini cū signo in quo fuerit. ꝛ gradus ibi inuēti si fuerint plures gradib⁹ differētie inter eā ꝛ Solē: erit occulta. ꝛ si fuerint pauciores: erit in ortu vespertino apparēs directa. Si autē fuerit argumentū eius a signis. 2. g̃. 17. s. g̃. 137. in signa. 3. s. g̃. 180. erit in occasu vespertino apparens vel occulta in retrogradatione. Ingredere tabulam eius occasus vespertini. ꝛ scias p gradus ibi inuētos ꝛ minuta: sicut supra dictū est. Et si fuerit illi⁹ argumētū a signis. 3. s. g̃. 180. vsqꝫ in signa. 3. g̃. 44 s. g̃. 224. erit aut apparens in ortu matutino: aut tecta radijs Solis. Intra igitur cum signo in quo fuerit tabellam illius ortus matutini. ꝛ scias vtrū sit apparēs vel occulta per gradus ibi scriptos. Si autē idem argumentū fuerit a signis. 3. g̃. 44. in signa. 6. s. g̃. 360. erit occasu matutino apparēs vel occulta. Intra etiam cū signo in quo fuerit tabellam occasus matutini. ꝛ per gradus suppositos scias vtrū tegat vel videri possit. Si eni gradus ipsius fuerint plures gradibus differentie inter eam ꝛ Solem: non apparebit. ꝛ si pauciores fuerint: videbitur ꝛc.

¶ De tribus autē superioribus si has passiones scire cupis: Considera differentiam eorū et Solis ꝛc. sicut superius fit in inferioribus. et eam nota. Que si fuerit planete: erit idem planeta vel apparens in occidente: vel occultus sub radijs Solis. Intra igit cū signo in quo fuerit planeta in tabellam occasus planete vespertini. et gradus quos ibi inueneris et minuta si fuerint pauciores gradibus differētie inter planetā et Solem: erit planeta apparēs in occidente. Si aūt fuerit plures gradib⁹ illius differētie: planeta erit tectus radijs solarib⁹. Si aūt predicta dr̃a erit Solis: erit planeta apparēs vel occultus. Ingredere igit cum signis in quo fuerit planeta in tabellā ortus matutini. et quos inueneris grad⁹: si fuerint plures gradib⁹ differentie: erit planeta occultus. Si vō pauciores fuerint: erit orientalis apparens. Hoc itaqꝫ fit in tribus superioribus.

Propositio Vigesimaprima

Lanetarum velocitatem tarditatē et equalitatē inuenire.

¶ Quotienscūqꝫ verus motus alicuius planete est maior suo medio motu: dicitur suo cursu velox. Et si minor: dicitur suo cursu tardus. Et si verus et medius adequantur suo cursu: equalis vocatur.

Propositio Vigesimasecunda

Laneta vtrū sit ascēdēs vel descēdēs i circulo deferēti: et sil'r epicicli cognoscē. ¶ Cū fuerit cētrū planete eq̃tū ab vno g̃du i. s̃. 3. erit descēdēs i suo circulo ecētrico. Et a. 3. in. 6. ascēdēs. Et ille planeta q fuerit ppīnquior sūmitatib⁹ suoꝝ circuloꝝ: dr̃ eleuari sup ipm q fuerit remotior a sūmitatib⁹ suoꝝ circuloꝝ ꝛ cog̃sces p argumētū eoꝝ sil'e sic declaratū est. ecōuerso tñ de Luna in epiciclo.

Propositio Uigesimasexta.

Lanetarū directiones ꝛ retrogradationes aut stationes: h est si sint directi: retrogradi: siue stationarij p tabulas inuenire.

¶ Scias centrū equatū ꝛ argumentū equatū illius planete de quo volueris hoc habere: per. 16. ꝛ quodlibet per se scribe. Deinde cū centro equato intra tabellā stationis illius planete. ꝛ stationē primā quam in eius directo inuenias: extra p se nota. ꝛ hoc cum parte proportionali: si oportet. Quā minue de. 6. signis: ꝛ remanebit statio secunda. quā scribes sub prima. Deinde si argumentū equatū eiusdem planete fuerit equale stationi prime in signis ꝛ gradib⁹ et minutis: erit planeta stationarius statione prima. s. vt incipiat retrogradari. Si vo fuerit plus statione prima: ꝛ minus secunda: est retrogradus. Et si fuerit equale stationi secunde: erit stationarius statione secunda. Si vo idem argumētū fuerit plus statione secūda: ꝛ minus prima: erit idem planeta direct⁹. ¶ Ǫd si planeta fuerit directus: ꝛ scire volueris qn̄ incepit dirigi: Cōsidera si argumētū mediū illius planete fuerit plus statione secunda: vel minus prima: vel nihil. Si plus statione secunda: subtrahe stationē secundā de argumēto medio. et qd post subtractionē remāserit: diuide per motū argumēti planete in vno die si potes. ꝛ habebis in quotiente dies. Si vo taliter diuidi non poterit: quoniā forsan maior erit diuisor q̄ diuidendus. Uel adhuc si post primā diuisionē per motum argumenti in vno die aliquid remanserit: multiplica illud per. 60. ꝛ resultatū diuide per id quod prius. ꝛ habebis in quotiente minuta dierū. Et si aliqd de hac diuisione remanserit: multiplica illud per. 60. ꝛ ꝓductū diuide per id quod pri⁹ et habebis in quotiēte 2ͣ dierū. Et si adhuc de hac vltima diuisione aliquid remanserit: illud multiplica adhuc per. 60. ꝛ ꝓductū diuide per id quod prius. ꝛ habebis in quotiēte 3ͣ horarū ꝛc. Hoc ergo tēpus habitū p has diuisiones subtrahe a tēpore quo tuū planetā equasti. ꝛ remanebit tibi tempus quo tuus planeta dirigi incepit. Si autē argumentū fuerit minus statione prima: subtrahe stationē secundā de. 6. signis. ꝛ remanēti adde argumentū equatū tui planete. ꝛ totū hoc aggregatū diuide vt dictū est. ꝛ totū tempus habitū per tuā diuisionē subtrahe vt supra. ꝛ remanebit tibi tempus quo tuus planeta dirigi incepit. Et si argumentū mediū fuerit nihil stationē primā totā diuide modo dicto de ꝛ tēpore. ex hac diuisione resultato subtrahe vt supra: ꝛ habebis intentū. ¶ Si vo scire volueris qn̄ retrogradari incipiet. ꝛ argumentū mediū fuerit plus statiōe secūda: Subtrahe argumentū medium de. 6. signis. ꝛ remanēti addas stationē primā. ꝛ totum aggregatū diuide modo dicto. ꝛ tempus ex hac diuisione ꝓductam addas ad tēpus quo equasti tuū planetā. ꝛ resultabit tibi tēpus quo tuus planeta retrogradari incipiet. Si autē argumentū mediū fuerit minus statione prima: subtrahe ipsum de statione prima. ꝛ residuū diuide modo supra habito. et tempus habitū ex hac diuisione addas vt supra. ꝛ habebis initiū retrogradationis tui planete. Et si argumentū mediū fuerit nihil: totam stationē primā diuide modo dicto. ꝛ tempus resultatū addas p modū dictū. ꝛ habebis intentū.

Si vo fuerit planeta retrograd⁹:z volueris scire qn̄ retrogradari incepit: Stationē eius primā de eius argumento medio minue.z eius residuū diuide p modum dictū.z tempus resultatū ex hac diuisione subtrahe a tempore quo tuū verificasti planetā.et tibi remanebit tempus quod queris. ¶ Et si scire volueris qn̄ dirigi incipiet: Argumentū eius mediū minue a statione secunda.et residuū subtractionis diuide p modū dictū.et tēpus productū ex hac diuisione addas ad tempus quo tuum planetam equasti.et resultabit tibi tempus quod queris.

¶ Motus autē in vno die argumēti vniuscuiusq3 quinq3 planetarū superi⁹ nominatorū sic inuenit̄. Nam in tribus superiorib⁹ medius motus vniscuiusq3 eorum in vno die subtrahat̄ a medio motu Solis in vno die.et remanebit motus argumēti planete in vno die. Jn duobus vo inferioribus requiratur in proprÿs tabulis suorum mediorꝫ argumentorꝫ motus.

Propositio Uigesimquarta.

B Uth Solis et Lune:et cuiuscūq3 planetarū: hoc est motū diuersum equatū ipsius planete in vno die per tabellam ad hoc factā inuenire.et similiter loca planetarū ad.2.dies:vel ad.7.verumetiā ad. 10.zc̄.inuenire. ¶ Jntra primo tabellā diuersorū motuū planetarū in vna die in lineā numeri cū centro planete equato.et quod inueneris in eius directo in linea illa que intitulat̄ motus centri.z scribe illud. Et si in linea numeri non inueneris numerū equalem centro:intra cum duplici introitu:et fac pa tē proportionalē per. 11. Jntrabis etiā cū argumēto equato in eandē lineā numeri.et motū quem inueneris in directo eius:qui intitulat̄ motus portiōis accipe z scribe.et si super ipsum in tabula scriptū inueneris Directus:tunc adiunges hunc motū cum priori.et aggregatū ex his duobus est motus diuersus Si vo sup ipsum scribat̄ Retrogradus:et motus portionis minor fuerit motu centri:subtrahe minorē de maiori.et residuū est motus planete in die.et planeta est adhuc directus. Et si motus portionis maior fuerit motu cētri: est planeta retrogradus.tunc etiā accipit̄ residuū post subtractionē: et est motus diuersus i die p retrogradationē. Si vo ambo motus sic accepti fuerit equales:tunc est planeta stationarius. ¶ Et cū scieris motū planete diuersum in die:z fuerit idem planeta directus.et volueris scire locū eius verum post aliquot dies: Equatione eius prehabita scd̄m doctrinā tabularꝫ: multiplica motū eius diuersum per numerū dierū quos habes.et collectū ex his erit motus planete in diebus quesitis. Aggrega ipsum super locum planete.et inuenies locum planete ad dies futuros quos queris. Qd̄ si planeta fuerit retrogradus:subtrahe hunc motū in diebus predictis de loco planete equato.et inuenies locū eius ad dies q̄sitos. ¶ Et si volueris locū eius in diebus preteritis ante diē equationis planete scd̄m viam canonū Considera si planeta fuerit directus.et subtrahas hoc quod p multiplicationē antedictā exibit de loco eius eq̄to.et inuenies qd̄ q̄ris. Qd̄ si retrogradus fuerit:adiunge illud qd̄ p multiplicationē exiuerat per locū

C

planete equatū: tūc habebis quesitū. Et scito q̄ ita poteris facere ad. 20. dies vel 30. in Saturno, Joue, Marte, et Uenere: si fuerint directi et veloces. et hoc est qñ prope Solē fuerint: vel retrogradi et cū hoc fuerint veloces. hoc est in tribus superioribus qñ sunt in oppositione, cū Sole. et in Uenere qñ argumentū eius est 3. signorum. Sed qñ tardi fuerint in motu eorum: vel prope eorum stationes non facies ita ad plures dies. et hoc minus in Marte et Uenere. Et Uenus magis diuersificatur in motu q̄ Mars. Et nullus tā diuersus in motu est sicut Mercurius. q̄ si velox fuerit ī motu: tu poteris cū ipso facere vt dixi ad decē dies. Si aūt tardus vel prope stationē: non est conueniēs q̄ ita facias: nisi ad tres dies vel ad q̄ttuor Et cū volueris hoc facere ad dies multos: ad. 20. vel ad. 30. vel ad plures vel pauciores Considera motū illis diebus correspondentē: et adiūge ipsum super locū planete equatū per tabulas: vt prius dixi. et postea incipies dies computare residuos. et equa sicut oportet. Et considera quantū est centrū in meridie. et est idem quod scriptū est in tabulis medij motus. et adiūge ipsum sup centrū equatū: qd habeas prius. Accipias etiā mediū argumentū planete in meridie: quod volueris. et ita scies hoc: Subtrahes motū mediū planete in meridie ad aliquot dies de medio motu Solis in meridie ad dies illos. et quod remanebit adiūges argumento planete: et fac sicut ostensum est.

Propositio Uigesimaquinta.

Latitudinē Ueneris per tabulas inuenire ¶ Scias primo centrum equatū et argumētū eq̄tū sup. 18. et vnūquodq̄ p se serua Deinde cū ipsius vero argumēto intra in tabellas Ueneris ī lineas numeri: et accipe qd inueneris in directo ī tabella declinationis et reflexionis. et vnūquodq̄ per se seorsū scribe. Postea centro Ueneris. 60. gradus adde. q̄ si post additionē puenerit vltra signa. 6. s. g̃. 360. proijce inde signa. 6. s g̃. 360. et cū residuo: vel cū eo quod fuerit minus signis. 6. s. g̃. 360. ingredere easdem lineas numeri. et quod in eius directo inueneris de minutis proportionalibus sume: et serua. Deinde accipe partē proportionalē declinationis prius seruate scdm proportionē minutorū proportionaliū ad. 60. per. 11. et hoc erit prima latitudo eius examinata q̄ puenit ex declinatione epicicli. et serua eam. Si autē centrū verū et argumentū verū cū quo operatus es: hoc est centrū verū et argumentū verū cū suo addito sint in eadem parte circuli: hoc est si ambo fuerint in medietate superiori. aut ambo in medietate inferiori: erit ipsa latitudo equata meridiana. Et si vnū istorum fuerit in vna: et aliud in alia: erit ipsa latitudo septētrionalis. et sic eius partē cognosces. et scribe sup eā nomē sue partis. Dicitur autē vniuersaliter tā in centro q̄ in argumento medietas superior cum fuerit centrū et argumentū a. 0. in signis et gradibus vsq̄ ad tria signa cōia cōpleta vel a. 9. signis cōmunibus vsq̄ ad. 12. cōia. Inferior vero dicitur cū fuerit a tribus vsq̄ ad. 9. cōia signa. Deinde cū simplici centro Ueneris prius seruato. s. anteq̄ fiat sibi additio. 60. graduū lineas numeri ingredere. et quod in eius directo inueneris de minutis proportionalibus

in duobus locis seorsum scribe. Deinde accipe partē proportionalē ex reflexiōe prius seruata scdm proportionē minutorum ad .60. per. 11. et hec est reflexio examinata. scribe eā extra ad partē. Tunc si centrū simplex Veneris per quod hec minuta proportionalia sumpsisti fuerit in medietate superiori: et cum hoc fuerit argumentū verū planete. s.3. s. g. 180. erit reflexio examiata septētrional'. sed si cū hoc argumētū verū fuerit plus signis. 3. s. g. 180. erit illa reflexio meridional'. ¶ Si vero centrū verū fuerit in medietate inferiori: et argumentū verū planete fuerit minus signis. 3. s. g. 180. ipsa erit reflexio meridional'. Sed si fuerit argumentū verum plus signis. 3. s. g. 180. erit illa reflexio septentrionalis. Et sic erit secunda latitudo examinata: que prouenit ex reflexione epicicli. serua eam: et super eam scribe nomen sue partis. Postea accipe de minutis proportionalibus in altero supra loco seruatis sextam partem: que erit latitudo Veneris tertio examinata que proueniet ex deuiatione deferētis ab ecliptica. estque semper ista latitudo septentrionalis. Postea istas latitudines ad inuicem collige: si omnia sunt in eadem parte. Si tamen sint in diuersis partibus: vt si vna sit in parte septentrionali: et alia in parte meridionali: vel econuerso: Tunc subtrahe omne illud quod est meridionale ab eo quod est septētrionale: si septentrionale fuerit maius. vel ecōuerso si meridionale fuerit maius. Et residuum erit latitudo Veneris verificata septentrionalis vel meridionalis etc.

Propositio Vigesimasexta.

Latitudinem Mercurij per tabulas inuenire. ¶ Scito centro Mercurij vero et argumento vero per decimamoctauam: intra primo cum argumento vero in tabellam latitudinis: et accipe quod in ei⁹ directo fuerit. s. i tabella declinatiōis: et in tabella reflexionis Mercurij. et vnūquodque seorsum scribe. Tunc si centrum verum fuerit in superiori medietate ex sola reflexione decimam partem minue. Et si fuerit in medietate inferiori: decimam partem illam reflexionis super istam reflexionem adde. et quod post additionē vel diminutionē prouenit loco prime reflexionis serua: prima deleta. Deinde cum centro vero Mercurij Signa. 4. s. grad⁹. 270. adde. et si ex additione prouenerit plus signis 6. s. gradibus. 360. remoue inde signa. 6. s. gradus. 360. et cū residuo: vel cū illo quod fuerit min⁹. 360. lineas nūeri tabelle ingredere: sumens minuta proportionalia que i ei⁹ directo iueneris. Deide de declinatiōe pri⁹ seruata accipe partē proportionalē scdm proportionē minutorū proportionaliū ad. 60. per. 11. et quod prouenit: est latitudo primo examinata: que prouenit ex declinatione epicicli. et eam serua. Scias autē vtrū latitudo illa fuerit septētrionalis vel meridionalis eodē modo penitus quo in precedenti. scribe igit' nomen sue partis super eam. Deinde centro vero Mercurij. s. 3. s. g. 180. adde. et cū eo quod prouenerit iterum eandē tabellam ingredere. et quod in ei⁹ directo inueneris de minutis proportionalib⁹: sume: et in duob⁹ locis scribe. Deinde ex reflexione prius seruata accipe partē propor-

lis minutis que sunt inter Solem et Lunā eadē hora. ¶ Si vero diuersitas aspe
ctus tertia sit maior secunda. tunc diuersitas aspectus ista hora erit maior minu
tis que sunt inter Solem ⁊ Lunam tantū, quantū diuersitas tertia excedit secū-
dam. Si autē diuersitas tertia sit minor q̄ꝫ secunda. tunc diuersitas aspect⁹ eadē
hora erit minor minutis que sunt inter Solem ⁊ Lunam: tantum quantū diuer
sitas secūda excedit tertiam. Quare oportet te equare: ⁊ querere horam in qua
diuersitas aspectus in longitudine sit equalis minutis inter Solē ⁊ Lunā eadē
hora: quia in ipsa erit medium eclipsis. Et hoc fac illo modo. Si diuersitas aspe
ctus tertia fuerit maior secunda: scies quāto superet eam. ⁊ serua differentiam.
Et tunc si longitudo Lune ab ascendente fuerit minor. 90. g̃. tunc ex minutis ho
rarum tertie distātie coniūctionis a meridie: quas per tertiam diuersitatē aspe
ctus inuenisti: id est ex minutis hore: q̄ sequūt̃ horas completas: subtrahe sextā
partem vnius hore: si potes. hoc est si sunt tot minuta hore vltra horas comple-
tas qꝫ possit ab eis subtrahi sexta pars hore: id est. 10. minuta. Si vero ex illis mi-
nutis non poteris subtrahere sextam partē vnius hore. tunc subtrahe octauam
id est. m̄. 7. et. 2̈. 30. vel decimā partem: id est. m̄. 6. ⁊ sic de alijs: prout melius po
tes: ita vt horam integram non frangas. Si vero longitudo Lune ab ascendente
fuerit plus. 90. g̃ tunc adde sextā partē hore: aut octauā: vel decimā: minutꝫ que
sunt vltra horas cōpletas tertie distantie. ita tm̄ qꝫ nō addas tantū vt ꝑficias in-
tegram horam. Et eius quod post additionē vel subtractionē prouenerit: quere
diuersitatē aspectus in lōgitudine quartā. ⁊ vide quantū illa quarta excedat ter
tiam: vel econuerso: subtrahendo minorē de maiore. Et tunc illam differentiaꝫ
tertie et quarte diuersitatū aspect⁹ multiplica per. 6. si addidisti vel subtraxisti
sextam partem vnius hore. Vel pe . 8. si addidisti vel subtraxisti octauam partē.
Vel per. 10. si addidisti vel subtraxisti decimā partem hore. ⁊ sic de alijs. Et per
istam multiplicationē non fit variatio denominationis. Sicqꝫ proueniet diuer-
sitas aspectus que debetur vni hore. quam subtrahe a superatione Lune in vna
hora. et quod remanet: erit motus Lune equatus. per quem diuidetur differen
tia inter secundam ⁊ tertiam diuersitatis aspectus: primo vtrūqꝫ reducendo ad
eandem denominationē. ⁊ tunc in numero quotiente proueniūt hore. Et si non
posset differētia diuidi per motum Lune equatū. tunc multiplica per. 60. ⁊ pro-
ductum diuide per idem quod prius. ⁊ prouenient in quotiente minuta hore.
Et si adhuc non potest diuidi: multiplica adhuc per. 60. ⁊ diuide sicut prius. et
ꝓueniūt 2̈ hore. et sic quantū vis. ¶ Postea illud qđ ꝓuenit de horis ⁊ minutꝫ
vel de minutis tm̄: adde horis secunde diuersitatis aspectus. et quod ꝓuenerit

serua. ⁊ erunt hore secunde diuersitatis aspectus equate. Si vero diuersitas aspectus tertia fuerit minor quam secunda: ⁊ si longitudo fuerit minor. 90. g. adde sextā partem vnius hore: aut octauam: vel decimā. ⁊ sic de alijs: vt melius poteris. ita tamen vt horam integram compleas. Si fuerit longitudo plus. 90. g. subtrahe sextam partem vnius hore: aut octauam: vel decimam. sic tamen quod horam integram non frangas. Et hoc est conuersum eius qnod prius habuisti. s. quādo diuersitas tertia erat maior secunda. et tunc eius quod prouenerit quere diuersitatem aspectus in longitudine quartam. Et tunc cōsidera quantum superatur quarta a tertia: vel econuerso. ⁊ excessum multiplica per. 6. vel. 8. vel. 10. scdm quod addidisti vel subtraxisti sextam octauam vel decimam partem hore: sicut prius dictum est. ⁊ inuenies diuersitatem aspectus que debetur vni hore. ⁊ tunc huic quod proueniet adde superationem lune in vna hora. ⁊ prouenit motus lune equatus. per quem diuide differentiam inter secundam ⁊ tertiam diuersitatem aspectus scdm doctrinam iam dictam. ⁊ quod proueniet subtrahe ab horis secunde diuersitatis aspectus. ⁊ prouenient hore secunde diuersitatis aspectus eqte. et serua eas. Hoc autē raro euenit. s. quod secūda excedit tertiam: id est quod tertia est minor secunda: nisi tunc luna fuerit prope horizontem. ⁊ tunc inter duas diuersitates differentia minima apparebit. Et hec est sententia Albategni in diuersitate aspectus lune pro eclipsi Solis inueniēda: quando diuersitas aspectus tertia fuerit maior aut minor secunda. ¶ Habitis igit horis secūde diuersitatis aspectus equatis: multiplica eas per motū solis in vna hora: ⁊ etiam per motū lune in vna hora: pro quolibet separatim. ⁊ proueniens tibi serua: quodlibet per se. ⁊ et illa ostendunt quantū sol ⁊ luna mouentur in predictis horis secunde diuersitatis aspectus. Et tunc si longitudo ab ascendente illa hora fuerit minor. 90. gradibus: predictas horas secūde diuersitatis aspectus equatas subtrahe ab horis verissime coniūctiōis diebus equatis. ⁊ prouenit coniūctio visibilis: que est mediū eclipsis. ⁊ subtrahe motū solis in minutis horis que iam dixi debere seruari a loco solis ⁊ motū lune in eisdem horis subtrahe a loco lune inuento verissime coniūctiōis. Hoc idē subtrahe ab argumento lune: ⁊ proueniunt oīa ista equata ad medium eclipsis. Deinde hoc idem quod subtraxisti a motu lune: ⁊ ab argumento lune: subtrahe etiam ab argumēto latitudinis lune secūdo equato: prius seruato. Deinde vide quantū caput draconis mouetur scdm cursum suum medium in horis secunde diuersitatis aspectus equatis: intrando. s. tabulā medij motus capitis draconis: cū horis ⁊ minutis secunde diuersitatis aspectus equatis. ⁊ illum motum etiam subtrahe ab argumento latitudinis secundo equato. et prouenit argumentū latitudinis tertio equatum ad mediū eclipsis. ¶ Si vero longitudo lune ab ascendente sit plus. 90. g. tunc omnia ista que tibi nunc precepi subtrahere: a coniunctione vera dieb9 equatis: ⁊ a vero loco solis: ⁊ a vero loco lune: ⁊ ab argumēto lune: ⁊ ab argumēto latitudinis secundo equato debent addi eisdem. ⁊ proueniunt omnia ista vt prius. s. tempus medij eclipsis: ⁊ locus solis et lune: ⁊ argumentū mediū: ⁊ argumentū latitudinis tertio equatum tempore medie eclipsis. ¶ Deinde cum argumento latitudinis lune tertio eqto quod nūc inuenisti intra tabulā latitudinis lune. ⁊ intra cū duplici introitu: si oportet.

et accipe latitudinē lune quam ibi inuenies: ꝛ partem suam: et serua ad partem. Deinde scias distantiam horarum medij eclipsis a linea meridiana scḋm modū prius dictum. cum quibus horis intra tabulā diuersitatis aspectus: ꝛ accipe minuta latitudinis in directo inuenta: eodem modo procedendo nunc vt prius. s. equando illam diuersitatē aspectus pro horis ꝛ minutis: ꝛ loco lune in zodiaco tēpore medij eclipsis: et pro loco lune in epiciclo et ecētrico. Sed pro epiciclo minuta proportionalia nō sunt eodem modo que prius fuerunt: quia argumentū equatū lune non est idem. ideo oportet te intrare cum argumento lune equato ad mediū eclipsis iam seruato in tabulā equationis diuersitatis aspectus. ꝛ accipe minuta proportionalia in directo ipsius inuenta. ꝛ intra cum duplici introitu si oportet. Silr locus lune nō est idem qui prius. ideo oportet te intrare pro loco lune: in quo est tpe medij eclipsis. s. de differētia q̄ est inter diuersitatē aspectus ī latitudine inuēta sub signo in quo est luna: ꝛ inuēta sub sequēti: accipiēdo partē proportionalē scḋm proportionē graduū ꝛ suarū fractionū que pertrāsiuit luna de signo in quo est tpe medij eclipsis ad totū signū. In alijs non differt opus: nec oportet te istā diuersitatē plus equare q̄ semel. ¶ Diuersitate aspectus ī latitudine inuenta: vide eius partē: id est vtrū sit meridionalis vel septentrionalis. et est semꝑ meridional' in omib⁹ regionib⁹ quarū latitudo est maior. 24. g̃. vel q̄rū altitudo poli est maior q̄ sit maxima solis declinatio: q̄ ponit̄ ad maximū g̃. 24. ꝛ est idem in sententia. Habito isto postea considera vtrum diuersitas aspectus in latitudine iā inuēta: ꝛ latitudo lune prius inuēta: sint in eadē parte: id est si ambe sint meridionales: vel ambe septentrionales. tunc iunge eas sil'. s. latitudinē lune et diuersitatē aspect⁹ in latitudine. ꝛ ꝓuenit latitudo lune visa ad mediū eclipsis Si vo vna sit meridionalis: ꝛ alia septentrionalis. tunc subtrahe minorē de maiore: ꝛ remanebit latitudo lune visa. q̄ erit illius partis cui⁹ numer⁹ fuerit maior s. erit latitudo septētrionalis: si latitudo lune fuerit septētrionalis: ꝛ maior diuersitate aspect⁹ meridionali. Vel remanebit latitudo lune visa meridionalis: si diuersitas aspect⁹ in latitudine fuerit meridionalis: ꝛ maior q̄ latitudo lune septētrionalis. ꝛ ecōuerso. Et hoc vocat̄ latitudo lune visa tpe medij eclipsis. Postea diuersitatē aspectus in latitudine multiplica ꝑ. 11. cū dimidio: hoc est ꝑ. 23. medietates. ꝛ hoc illo modo: Serua primo illam diuersitatē ad partē. deinde inuenias medietatē illi⁹ diuersitatis: quā etiā serua ad partē. Postea totā diuersitatē aspectus in latitudine prius seruatā multiplica ꝑ. 11. ꝛ ꝓducto adde medietatē ipsi⁹ iam seruatā. et in tali multiplicatione non fit variatio denoiationis ¶ Postea cōsidera vtrum coniunctio sit prope caput: vel prope caudam draconis. Et hoc fac illo modo. Accipe verū motū solis ꝛ lune tpe verissime ꝯiūctionis: q tūc sunt idē. ꝛ videas vtrū magis cōcordāt cū vero motu capitis: vel cū vero motu caude. ꝑ hoc tunc scitur vtrū vera ꝯiūctio sit prope caput: vel ꝑpe caudā draconis. nā est circa illud cū quo magis cōcordat in signis ꝛ gradib⁹. Deinde diuersitatē aspectus in latitudine multiplicatā ꝑ. 11. cū dimidio adde cū argumēto latitudinis tertio equato: si ꝯiunctio fuerit cū cauda draconis. vel subtrahe ab eo: si fuerit prope caput. Et si non posset subtrahi: adde sibi. 360. g̃. ꝛ post h̄ subtrahe. et ꝓuenit argumentū latitudinis q̄rto equatū ad horā medij eclipsis. q̄d serua.

Et si cum illo argumēto latitudinis quereres latitudinē Lune: deberet ꝑuenire idem cum latitudine Lune visa inter Solem ⁊ Lunā quam inuenisti ⁊ seruasti. Si ꝟo fuerit aliqua discordia: illa erit minima. ⁊ proueniet defectus ex parte istius operationis: et non illius.

Eclipsis Solis quantitatem ⁊ durationē reperire. ¶ Intra cum latitudine visa superius reperta in tabulas eclipsis Solis. ⁊ si eandem latitudinē precise inueneris in secūda tabula: que est longitudinis propioris: ⁊ non inueneris eā in tabula que est longitudinis longioris. tunc accipe puncta ecliptica. ⁊ minuta casus que in directo eius inueneris in tabula longitudinis propioris. ⁊ serua quodlibet per se. Si ꝟo latitudinē Lune visam non precise inueneris in tabula longitudinis propioris. tunc intra primo cum minori propinquiori inuenta in eadē tabula. ⁊ puncta ecliptica: ⁊ minuta casus in directo inuēta serua. Deinde intra cum maiore propinquiore in eandē tabulā. ⁊ pūcta ⁊ minuta in directo inuēta silr serua sub alijs: quodlibet sub suo genere. Deinde subtrahe minorē a maiori: quodlibet a suo genere: vt scias differentiā tā punctorū ꝙ minutoꝝ casus. Et de vtraqꝫ earū accipe partē proportionalē scōm proportionē excessus numeri cū quo intrare debuisti supra numerū minorē: cū quo primo intrasti ad totam differentiā numerorū minoris ⁊ maioris: cū quibus intrasti. ⁊ istas partes proportionales subtrahe: quālibet a suo genere inuēto in directo minoris latitudinis Lune: subtrahēdo partē proportionalē pūctoꝝ a punctis inuētis in directo minoris latitudinis Lune: et partē proportionalē minutoꝝ casus a minutis casus in directo eiusdē numeri minoris inuēti. ⁊ habebis pūcta eclipsis: ⁊ minuta casus eq̄ta ꝑ latitudine Lune visa. q̄ serua: quodlibet ꝑ se. Deinde cū argumento Lune eq̄to ad mediū eclipsis intra tabulā eq̄tionis diuersitatis aspectꝰ: ⁊ accipe. m̄. ⁊ ̄ q̄ in directo inueneris in linea q̄ intitulat Proportiones lōgitudinū. ⁊ intra cū duplici introitu: si oportet: equādo sicut priꝰ dictū est. Deinde accipe partē ꝓportionalē de numero pūctoꝝ priꝰ reseruatoꝝ: ⁊ etiā de nūero minutoꝝ casus scōm ꝓportionē minutoꝝ ꝓportionaliū q̄ nūc īuenisti de tabula eq̄tionis diuersitatis aspectꝰ ad. 60 m̄. Et tūc qđ prouenit ex pūctis: erit quantitas punctoꝝ corporis Solis obscurata. Et illud quod prouenerit ex minutis casus: diuide per superationem Lune in hora. ⁊ qđ ꝓuenerit erit tēpus quod est a principio eclipsis. Si ꝟo latitudinē Lune visam in vtraqꝫ tabularum inueneris: intra vtrāqꝫ tabulaꝫ. Primo in tabulam ad lōgitudinē longiorē. ⁊ quod ibi inueneris in directo de punctis eclipsis: de minutis casus accipe: ⁊ serua ad partem. Deinde intra tabulam ad longitudinē propiorē: ⁊ silr accipe pūcta eclipsis: ⁊ minuta casus que in directo inueneris: ⁊ sub alijs scribe: quodlibet sub suo genere. Et si latitudinē Lune visam in aliqua predictarū tabularū aut in ambabus non inuenies precise: tunc intra cum duplici introitu: ⁊ fac consequēter vt prius dictum est. Deinde subtrahe numerum minorem punctorū de maiori: silr numerū minorē minutoꝝ casus a maiori. ⁊ differentiam punctoꝝ serua per se. silr ⁊ differentiā minutoꝝ casus. Deinde cū argumento Lune equato ad mediū eclipsis intra tabulā equatiōis diuersitatis aspe

ctus auctam per.6.gradus.ꝛ accipe minuta proportionalia que ī directo inue-
neris:vt prius. Postea de qualibet differētia.s.tam punctorū ꝙ minutoꝝ casus
accipe partē proportionalē scōm proportionē minutoꝝ proportionaliū iam inuē
torū ad.60.m̄.vt prius.ꝛ quod inde prouenerit ex punctis:adde punctis accepti
in tabula longitudinis longioris.ꝛ quod ex minutis casus ꝑuenerit:adde minu
tis casus acceptis ex eadem tabula longitudinis longioris. Et que prouenerit
post augmentū:erunt pūcta eclipsis ꝛ minuta casus equata ad locū Lune in epi
ciclo. ¶ Habitis igiẜ punctis eclipsis ꝛ minutis casus equatis ad locū Lune in
epiciclo scōm aliquem predictoꝝ modorum. Si vis scire principiū finem ꝛ dura
tionem eclipsis: Tunc minuta casus equata ad locum coniūctionis diuide per
superationem lune in vna hora scōm modum sepe dictum.s.reducendo vtrūq3
ad eandem denominationē:ꝛ postea diuidendo.ꝛ tunc in quotiente prouenient
hore. Et si aliquid fuerit residuū:vel si minuta casus reducta ad denominationē
ad quā superatio lune est reducta:non poterit diuidi per superationē.tunc mul
tiplica ea per.60.ꝛ post diuide:ꝛ proueniunt minuta hore. Et residuū iterū mul-
tiplica per.60.ꝛ diuide per idem quod prius:ꝛ proueniūt 2ª hore. Et tunc habe-
bis horas minuta ꝛ 2ª que sunt inter principiū eclipsis ꝛ medium: vel inter me-
dium ꝛ finem. Quas horas minuta ꝛ 2ª subtrahe a tempore medij eclipsis:ꝛ pro
ueniet principium eclipsis. Et easdem horas ꝛc̄.adde tempori medij eclipsis: ꝛ
proueniet finis eclipsis. Et easdē dupla: ꝛ habebis dupla totā durationē eclipsis.
Deinde easdem horas que sunt inter principiū ꝛ medium eclipsis:vel inter me-
dium et finem multiplica per motum solis in vna hora.et productum ostendit
quantū sol mouetur a principio eclipsis vsq3 ad medium:vel a medio vsq3 ad fi-
nem.et illud subtrahe a vero loco solis inuento tempore verissime coniūctionis
seu medij eclipsis.et proueniet verus locus solis in ꝑncipio eclipsis. Et idē adde
vero loco solis tempore medij eclipsis:ꝛ proueniet verus locus solis in fine ecli
psis. Postea easdem horas que sunt a principio eclipsis vsq3 ad medium: multi-
plica per motū lune in vna hora.ꝛ quod proueniet subtrahe a vero loco lune tp̄e
medij eclipsis.et idem etiā subtrahe ab argumēto latitudinis lune quarto equa
to.ꝛ proueniet verus locus lune: et argumentū latitudinis lune quarto equatū
in principio eclipsis. Et idem adde eisdem: et proueniunt illa ad finem eclipsis
equata. Deinde [illegible]m argumento latitudinis lune quarto equato in principio
eclipsis intra tabu[illegible]am latitudīs lune:ꝛ inuenies latitudinē lune in principio ecli
psis. Intra etiam cum argumento latitudinis quarto equato in fine eclipsis in
eandē tabulā:ꝛ inuenies latitudinē lune in fine eclipsis. ¶ Et si vis scire quan-
tum obscurabiẜ:id est occultabiẜ de superficie corporis solis quantū ad visum:
Intra tabulam quantitatis tenebrarum eclipsis.et puncta ibi inuenta compara
ad.12.quia sicut se habent puncta ad.12.ita se habet pars eclipsata ad solem: vł
ad eius diametrum. Ut si essent.6.puncta:medietas solis eclipsaretur. Si.4.tūc
vna tertia eclipsaretur. Si.3.tunc vna quarta. Si.12.tūc solis diameter eclipsa
retur.et sic consequēter. ¶ Et si argumentū latitudis quarto equatū fuerit a
0.in signis ꝛ gradibus vsq3 ad.3.signa:eclipsabitur pars septentrionalis. Si ꝓo
fuerit plus.3.signis:eclipsabitur pars meridionalis.

Empus eclipsis Lune quantitatem ꝛ durationem eius inuenire.
¶ Habito tempore verissime oppositiois dieb⁹ nõ equatis: quere ad idẽ temp⁹ verũ locũ Lune: ꝛ nadir solis: ꝛ argumẽtũ lune: ꝛ argumentũ verũ latitudinis lune: et latitudinẽ lune. et considera cui⁹ partis sit illa latitudo. s. an septentrionalis vel meridionalis. Scias etiam motum solis et motum lune equatum in vna hora. Similiter scias semidiametrum lune: et semidiametrũ vmbre: et aggregatum ex eis iungendo eas simul. et hec omnia serua: quia cum eis in sequentibus operaberis. Deinde cũ gradu seu vero loco solis intra tabulam equationis dierum cum noctibus suis et accipe in directo equationẽ. quam reductam ad fractiones horarũ adde tempori vere oppositionis diebus non equatis: ꝛ proueniet tempus vere oppositionis diebus equatis. Et hoc tene pro tempore medij eclipsis. ¶ Deide eodẽ tẽpore scias gradũ ascendentẽ. et per illum scias vtrum hora vere oppositionis luna sit supra horizontẽ: vł infra. id ẽ vtrũ oppositio vera sit de die vł de nocte. qa si esset de die: non videretur eclipsis: nisi esset prope ortum vel occasum. et tunc licꝫ sit de die vera oppositio: tamen aliqua pars eclipsis posset apparere. ¶ Postea pro quãtitate ꝛ duratione inuenienda: cum latitudine lune inuenta ad medium eclipsis intra tabulas eclipsis lune: in quibus latitudo lune pro lineis numeri ponitur. Quere igiᷣ latitudinẽ lune in predictis tabulis. et si eam prescise inueneris in tabula lnngitudinis: tunc accipe puncta eclipsis: ꝛ minuta casus: similiter minuta dimidie more que in directo inueneris in tabula longitudinis propioris. ꝛ serua quodlibet per se. Si ꝑo latitudinẽ lune ibidem nõ prescise inueneris. tunc intra eandem tabulã cum duplici introitu: operando eodẽ modo sicut dictum est in propositione. 22. de tabulis eclipsis solis: in quibus latitudo lune visa ponitur pro lineis numeri. et puncta eclipsis: et minuta casus: ꝛ minuta dimidie more inuenta et equata pro latitudine lune serua: quodlibet per se. Deinde cũ argumento lune equato hora vere oppositionis intra tabulã equationis diuersitatꝭ aspect⁹ auctam per. 6. gradus. ꝛ accipe in directo minuta proportionalia. et intra cum duplici introitu: si indigeas: vt sepe prius dictum est. Deinde scđm proportionẽ illorum minutoꝝ ad. 60. accipe partem proportionalem de punctis eclipsis: similiter de minutis casus: ꝛ de minutis dimidie more prius seruatis: que erunt puncta eclipsis: et minuta casus: et minuta more equata ad locum lune in epiciclo tempore vere oppositionis. Si ꝑo lõgitudinẽ lune in vtraqꝫ tabula eclipsis lune inueneris. tunc intra tabulas ambas: primo ad longitudinẽ longiorẽ per modum prius dictum. et puncta eclipsis: ꝛ minuta casus dimidie more ibi inuenta serua ad partem. Deinde intra eodem modo ad lonitudinẽ propiorem: ꝛ puncta eclipsis: et minuta casus: et minuta more ibidem inuenta similiter serua. Deinde subtrahe numerum minorem punctorum a maiore. et numerum minorem minutorũ casus: similiter dimidie more a maiore. et vnamquãqꝫ differentiã serua per se. Deinde cum argumento lune equato hore vere oppositionis quere minuta proportionalia ex tabula equationis diuersitatis aspectus ꝛc̃. aucta per. 6. g̃. per modum dictum superius. Deinde cuiuslibet differentie prius seruate accipe partem proportionalẽ scđm proportionẽ minu

torum proportionaliū in predicta tabula inuentoꝝ ad.60. Deinde partem proportionalem differentie punctorū adde punctis ad longitudinē longiorē inuentis. Eodem modo partem proportionalem differentie minutorū more adde minutis more ad longitudinē longiorē inuentis. Similiter de parte proportionali differentie minutorū casus operare. et habebis omnia illa equata ad locū lune in epiciclo: seu sc̄dm remotionē lune a terra. Deinde minuta casus equata diuide per superationem lune in vna hora. ⁊ numerus quotiens erit hore. Et si fuerit aliquid residuū: multiplica illud per.60. ⁊ productū diuide per idem qd̄ pri⁹ et proueniūt minuta hore. Et si aliquid sit residuū: hoc etiam multiplica per.60 ⁊ productū diuide per idem quod prius. et proueniūt 2ͣ hore. Quo facto habes horas minuta ⁊ 2ͣ que sunt a principio eclipsis vsq̧ ad principiū more: si habuerit moram. vel a principio eclipsis vsq̧ ad mediū: si nō fuerit mora. Eodē modo minuta more diuide per superationē lune in vna hora. ⁊ proueniūt hore minuta ⁊ 2ͣ vel minuta ⁊ 2ͣ solum: si non fuerit aliqua hora: q̄ sunt ab initio more vsq̧ ad medium eclipsis. Quo facto horas que sunt a principio eclipsis vsq̧ ad medium: si non habuerit moram: subtrahe a tempore verissime oppositionis dieb⁹ equatis. ⁊ remanebit tempus principij eclipsis. Et si easdem horas addideris ad tempus verissime oppositionis: proueniet tempus finis eclipsis. Subtrahe etiā tempus quod est a principio more vsq̧ ad mediū eclipsis a tēpore verissime oppositionis: et remanebit principiū more. Et si idem addideris ad tempus verissime oppositiōis: proueniet finis more. Et si duplaueris tempus quod est a principio eclipsis vsq̧ ad mediū: proueniat tota duratio eclipsis a principio vsq̧ ad finem. Et si duplaueris tempus quod est a ꝑncipio more vsq̧ ad mediū eclipsis ꝓueniet tota mora. s. q̄ꝓdiu stat tota luna in vmbra. Deinde horas que sunt a ꝑncipio eclipsis vsq̧ ad mediū: multiplica per motū lune in vna hora. ⁊ quod prouenerit subtrahe a vero loco lune inuēto tempore verissime oppositionis: ⁊ etiā ab argumento latitudinis secundo equato. et habebis verum locum lune: ⁊ argumētū latitudinis equatū tempore principij eclipsis. Et si illud quod nūc subtraxisti addideris eisdem: habebis verum locum lune: ⁊ argumentū latitudinis equatum tempore finis eclipsis. Latitudinē autē lune ad ista tria tempora inuenies intrando tabulam latitudinis lune cum istis tribus argumentis lune. s. in principio medio et fine eclipsis. ¶ His habitis: si vis scire quantū de superficie lune eclipsabitur: ⁊ puncta eclipsis fuerint minus. 12. Intra cum eisdem tabulā quātitatis eclipsis. et in directo eorū intra tabulā secūdā: q̄ est quātitas eclipsis lune. ⁊ quod in directo inuenies est quātitas circuli lunaris eclipsata sc̄dm quātitatē. 12. punctorū in circulo lunari contentoꝝ.

Colores eclipsium anteq̄ꝫ eueniant cognoscere. ¶ Considera latitudinē hora verissime oppositionis vel coniūctionis. que si fuerit ab. 1. minuto in. 10. erit eclipsis nigerrima. Si a. 10. vsq̧ ad. 20. erit nigra habens in se viredinē. Si a. 20. vsq̧. 30. erit nigra cum rubedine. Si a. 30. vsq̧ ad. 40. erit nigra cū pallore. Sed si a. 40. vsq̧ ad

50.grisea cum albedine. ¶ Est etiam alius modus: quem scd'm Johanne de linerijs debes coniūgere cum primo modo: donec scrutemur scientiam coloris Et est iste.s.ꝙ consideretur distātia lune ab auge epicicli. Que si fuerit.3.signa vel prope: erit eclipsis nigerrima. Et si fuerit.2.signa ꝛ.30.ğ.vel.3.signa ꝛ.30.ğ. erit nigra cum viriditate. Si fuerit.2.signa: vel.4.signa: erit nigra cum rubedine. Et si fuerit vnū ꝛ dimidiū: vel.4.et dimidiū: erit nigra cum pallore. Et si fuerit.1.vel.5.erit grisea. Si autē fuerit.30.ğ.vel.5.signa et.30.ğ.erit grisea cum albedine. Et licꝫ Johannes de linerijs illud indifferēter dicat de qualibet eclipsi: alij tamen hoc restringunt ad eclipses lune. ¶ Alij ponunt differenter de coloribus eclipsis solis et lune: et ponūt talē figurā. Considera distantiā coniūctionis solis et lune a capite vel a cauda draconis in eclipsi solis: et inuenias colorē eclipsis solis in directo numeri distantiam significantis vsqꝫ ad.12.et vltra.12.non fit eclipsis. Sed in eclipsi lune considera latitudinē lune: vt patet in tabula inter alias tabulas eclipsium superius descripta.

Propositio Trigesimatertia.

Euolutionem cuiuslibet annorum mundi: vel reuolutionem annorum nati: et etiam reuolutionem alicuiꝰ alterius rei habētis exordiū: vtputa edificij: inuenire. ¶ Sciendum ꝙ reuolutio anni est reuolutio solis ab eodē puncto in eundem: vel reditus solis in eundem punctū: in quo fuit in principio illius anni. Et nota ꝙ reuolutio annorum mundi est introitus solis in principium vel primū minutū signi Arietis. Reuolutio alicuiꝰ nati est reuersio solis ad eundem punctum zodiaci: in quo fuit natiuitatis hora. Reuolutio annorū alicuius edificij est reuersio solis ad eundem locum in zodiaco: in quo fuit in principio fundationis: scilicet quando ponebatur primus lapis. ¶ Cum igitur volueris reuolutionem annorum mū di: siue natiuitatis: siue alterius principij inuenire: Habeas primo introitum Solis Arietem: vel in aliquod aliud signum bene verificatum. vel radicem natiuitatis: vel alterius rei originem habētis in aliquo anno tibi noto sub certo numero dierum minutorum ꝛ secundoꝝ quantum est possibile. Similiter scias annū incarnationis: in quo vis scire tempus: scilicet diem ꝛ horam in quo sol redibit ad eundem punctum in quo fuit in illo exordio radicis.ꝛc̄. Deinde subtrahe minorem a maiori. et residuum erit illud quod trāsiuit de annis ab illo exordio. Deinde cum illis annis qui sunt inter radicem ꝛ reuolutionem intra tabulam reuolutionis annorum mūdi. et inuenies in directo in fractionibus illud quod debet addi. Superadde igitur illas horas et minuta ꝛ ꝫ equationis horis radicis. et quod post additionem prouenerit: si minus vīgītiquattuor horis fuerit serua: quia ipse sunt hore illius diei qui ex mense preterijt. Si autem fuerint plures vigintiquattuor horis: tunc pro vigintiquattuor horis vnum diem diebus mensis superadde. ꝛ residuum erūt hore ꝛ minuta illius diei que ex diebus et horis prouenerint: si annus ille fuerit bisexti

lis: ⁊ trãſiuerit Februarius: de diebus quas habes vnum diem amoue. ⁊ quod remãſerit: erunt dies equati. Et ſi annus non fuerit biſextilis: illud qđ habuiſti ſerua: quia illi erunt dies equati. Quicquid ergo ex diebus: ⁊ horis: ⁊ minutis de menſe tranſactis habueris: dies et horas ⁊ minuta equationis nuncupabis. His itaq; peractis. ſcias verum locum ſolis ad illas horas equatas. Et ſi eius verus locus ab illo vero loco querit in radice, non diſcordat: ipſa eſt reuolutionis hora. Si autẽ maior fuerit: differentiam diuide per motum ſolis in vna hora. ⁊ prouenient hore ſeu minuta hore: vel etiã ſcđm ꝙ diuiſeris. que ſubtrahe ex horis equatiõis. Si vero minor eo fuerit: ſimiliter differentiam diuide per motum ſolis in vna hora: vt prius. ⁊ quod proueniet: ſuper horas equationis adde. Sic igit̃ facies donec hore equationis: in quibus ſol ad ſuum veriſſimũ locum quẽ in radice habuerit redierit. Diuerſitas autẽ iſta ita ꝙ ſol poſtq̃ equatus fuerit nõ redit ad eundẽ locum in quo fuit: eſt propter motum lõgitudinis longioris ſolis in annis qui ſunt inter annũ radicis ⁊ annũ reuolutionis. Si vero ſol fuerit circa longitudinẽ longiorem aut propinquiorẽ: nullam ſenſibilem diuerſitatem inuenies. Et quanto magis ab his duobus punctis elongabitur: tanto maior diuerſitas apparebit. Deinde horas illas, in illi⁹ diei horas diuerſi vertas, per tabulas eq̃tionis dierũ. ad q̃s horas deinde cõſtitue aſcẽdens ⁊ ceteras domus.

Euolutionem tamen gradus equinoctialis aſcendentis anni ſi volueris per tabulas inuenire. ¶ Sciendum ꝙ reuolutio Aſcendentis anni nihil aliud eſt q̃ inuenire gradum aſcẽdentẽ: videlicet equinoctialis: ⁊ non zodiaci in cõtactu horizontis: cum reuolutio anni ⁊c̃. fuerit completa. Cũ igit̃ hoc volueris. Scias primo gradum equinoctialis exiſtentem in ortu in aliquo anno tibi noto ſub certo numero ab Ariete in equinoctiali vſq; ad punctum equinoctialis qui eſt in ortu preſciſius quo poteris: videlicet radicem aliquã. et hanc ſcribe ad partem. Deinde intra cum numero annorum qui ſunt a tempore radicis tue vſq; ad illum annũ cuius Aſcendens queris in tabula reuolutionis Aſcedentiũ annorũ. ⁊ numerũ graduũ quẽ in directo inueneris ⁊ minutorũ ⁊ ſecundorũ ⁊c̃. adde cum radice tua. ſ. gradus cum gradibus: minuta cum minutis ⁊c̃. Et ſi poſt additionẽ prouenerint plures gradus q̃. 360. remoue inde. 360. ⁊ reſiduum ſerua: quia eſt illa pars que eſt in ortu in illa reuolutione. Qua habita: pars zodiaci que eſt in ortu inuenitur per tabulas Primi mobilis. ſ. Aſcenſionis ſignorum in regione tua: prout ibi docetur.

Enſis cum cuiuſq; volueris initium ſcire ex menſibus reuolutionis. ¶ Aſpice quot menſes cõpleti ſunt preteriti. ⁊ in tabula inquire talem numerũ in regula menſiũ: ⁊ accipe quod inueneris in directo tabule dierũ horarũ ⁊ fractionũ. et quod inueneris adiũge diebus horis ⁊ fractionib⁹ hore radicis natiuitatis aut reuolutionis anni eius. ſ. quẽ incipere volueris. ⁊ ex eo toto qđ exiuerit inde fac mẽſes la-

tinos: quia in illis est radix reuolutionū. Et incipies ab eo mēses in quo fuit natiuitas vel reuolutio. s. ab illo earū a quo incepisti: ⁊ eÿcias menses perfectos. et quod tibi remanserit de diebus horis ⁊ fractionib⁹ aspice: quia in tot diebus mensis latini erit reuolutio mensis quem postulasti.

I voluerís scire gradū signoꝝ q gubernat vnoquoq₃ mense: intra cū diebus cōpletis quos de mēsib⁹ trāsiuisti reuolutionū tabulam additionis dierū. et quod in eius directo inueneris de gradibus ⁊ minutis accipe. ⁊ adiunge illud gradib⁹ signi cuiuslibet hyleg mēsis illius. et ex eo quod exierit: accipe signa mensiū: dando cuilibet signo. 30. gradus. ⁊ in quo gradu illius signi finierit numer⁹ quem posuisti: ille gradus erit gubernatoꝛ cuiuslibet hyleg.

Igurā Eclipsis Lune depingere. ¶ Pꝛotrahe lineā rectā: quā diuide in duas partes eq̄les. ⁊ vnā eius medietatē diuide i partes equales ad libitū numero. ita tñ ꝙ ille partes sint tot q̄t sunt minuta in aggregato ex duob⁹ semidiametris. s. Lune ⁊ vmbꝛe. ⁊ pūcto in medio p̄dicte linee facto centro: describe circulū cui⁹ ipse sit diameter. qui erit circulus cōis vmbꝛe ⁊ Lune. sup cuius circūferentia erit centrū Lūe i hoꝛa initÿ vl' finis eclipsis. Deiñ d semidiametro p̄dicti circuli accipe vnā partē a cētro versus circūferentiā: q̄ sit equalis semidiametro vmbꝛe: ⁊ residuū ei⁹ sit equale semidiametro Lune. Deinde supꝛa dictū centrū fac circulū vmbꝛe scd̄m quātitatē semidiametri ei⁹. Quos circulos quadrabis duab⁹ lineis supꝛa centrū eoꝝ se secantib⁹ ad angulos rectos. Sup quarū capita describe quattuoꝛ partes mundi. Deinde de predicta linea diuisa accipe vnam partē scd̄m quantitatem latitudinis Lune ad mediū eclipsis. quā latitudinē seruabis a centro in secunda diametro versus suā partē: id est versus meridiē: si fuerit meridiana. vel versus sept̄. trionē: si fuerit septentrionalis. Eodē modo facias de latitudine Lune ad initiū ⁊ ad finē eclipsis. Postea duc lineā paralellā diametro a loco latitudinis Lune ad initiū eclipsis versus occidentē. ⁊ seruabis locū cōtactus in circūferentia circuli cōis: quia ibi erit centrū Lune ad initiū eclipsis. Silr̄ duc aliā lineam paralellam diametro a signo latitudinis Lune ad finē eclipsis versus oriētē. ⁊ vbi tāgit circūferētia circuli cōis: ibi erit centrū Lune in fine eclipsis. Cētrū autē Lune in medio eclipsis est in loco latitudinis Lune in diametro. Et sup huiusmodi centrū describe circulū scd̄m quantitatē diametri Lune. Et si ceciderit totus circulus ille Lune intra circulū vmbꝛe: obscurabit tota Luna. Si autē nō totaliter ceciderit intra circulū vmbꝛe: sed aliq̄ eius pars. ita obscurabit eadem pars de Luna. Silr̄ describe scd̄m quātitatē eandem circulū in cōtactu linee paralelle in circūferentia circuli cōis versus occidentē. ⁊ ille erit circulus Lune in pꝛincipio eclipsis. Eodē modo in loco cōtactus linee paralelle cū circūferētia circuli cōis versus orientē fac circulū scd̄m eandem quātitatē. qui erit circulus Lune in fine eclipsis. Et quilibet illoꝝ duoꝝ circuloꝝ lunariū: quoꝝ centra sint sup p̄dicta circūferētia circuli cōis: cōtingit circulū vmbꝛe. ¶ Exempli grā: sit linea

b.d.diuisa in duo eq̄lia in pūcto.o.et medietas.o.d.sit diuisa in tot partes equa-
les quot sunt minuta in semidiametro lune ꝛ vmbre simul iunctis. Deinde de-
scribe circulum:a.b.c.d.supra punctum.o.scd̄m quantitatē linee.o.d.qui est cir
culus cōmunis:quia continet totū spacium celi in quo fit eclipsis a p̄ncipio vsq̄
ad finem.et habet centrum suum in circumferentia ecliptice. Deinde semidia-
metrum.o.d.diuide in duas partes in puncto.e.ꝛ sit pars.e.o.equalis semidia-
metro vmbre.ꝛ alia pars scꝫ.e.d.sit equalis semidiametro lune. Deinde supra
dictum centrum scꝫ punctum o.describe circulum scd̄m quantitatē linee.o.e.ꝛ
sit circulus.e.n.f.t.qui est circulus vmbre. Illos duos circulos quadrabis dua-
bus diametris scꝫ.a.c.ꝛ.b.d.orthogonaliter se intersecantibus super centrum.o.
et sit.a.Meridies.b.Oriens.c.Septentrio.d.ꝟo sit Occidens. Deinde si lati-
tudo lune ad initium eclipsis fuerit meridiana:accipe quantitatē eius in diame
tro.a.o.c.ex puncto.o.versus pūctū.a. Si ꝟo latitudo lune fuerit septētriona-
nalis:accipe eam ex puncto.o.versus.c.et signum latitudinis sit.f.Similiter ac-
cipe latitudinem ad finem eclipsis:cuius signū sit.l.ꝛ ad medium eclipsis: cuius
signuꝫ sit.s. Postea ex puncto.f.duc lineam equidistantē linee.o.d.versus occi
dentem vsq̄ ad circumferentiam circuli cōmunis.ꝛ punctus incidentie ipsius
in circulo cōmuni sit punctus.k. Similiter ex puncto.l.duc lineam equidistan-
tem linee.o b.versus orientem vsq̄ ad circumferentiam circuli cōmunis.et sit
punctus incidentie ipsius in circulo cōmuni.m. Deinde describe circulum lu-
ne scd̄m quantitatem semidiametri eius scꝫ linee.e.d.in tribus locis: scꝫ ad prin
cipium eclipsis supra punctum.k.ad medium supra punctum.p.ꝛ ad finem su-
pra punctum.m. Et tūc si circulus supra punctum.p.ceciderit totaliter intra cir
culum vmbre:luna obscurabitur tota.Si autē nō totaliter ceciderit intra circu-
lum vmbre: tunc non obscurabitur tota.sed obscurabitur scd̄m partem que in-
tra predictum circulum vmbre cadit. Reliqui ꝟo duo circuli lune erunt contin
gentes circulum vmbre in punctis.x.ꝛ.h. Et linea.k.p.m.ostendet transitum lu-
ne a p̄ncipio eclipsis vsq̄ ad finem.et linea.b.o.d.representat eclipticam.ꝛ linea
f.k.ostendit latitudinem lune ad principium eclipsis.Sed linea.l.m.ostendit lati
tudinem lune ad finem eclipsis.ꝛ punctus.p.ostendit latitudinem lune ad me-
dium eclipsis. et linea.q.o.k.ostendit centrum tenebrarum ad principium ecli-
psis.ꝛ linea.g.o m.ostendit centrum tenebrarū ad finem eclipsis.Et hec omnia
patent in figura tua industria ex iam dictis depingenda.

Igurā Eclipsis Solis depingere. ¶ Protrahe lineā rectā.quā
primo diuide in duo equalia.Deinde vnam eius medietatē diuide
in partes equales ad libitum tuū.ita tamen q̄ ille partes sint equa
les numero minutorū duarum semidiametrorum solis ꝛ lune: vel
maior eis. Deinde scd̄m quantitatē illius medietatis sic diuise fac
circulum cōmunē:ponendo scꝫ pedem circini immobilem in medio illius tota-
lis linee.ꝛ reliquū extendens ad eius extremitatem:ꝛ fac circulum.quem qua-
dra cum duabus diametris orthogonaliter se secantibꝰ super centrū.in quarū
extremitatibus quattuor partes mundi describe: scꝫ Oriens a sinistris:et Occi
dens ad dextrum: ꝛ Meridiem superius: ꝛ Septentrionē inferius. Postea de

eadem linea accipias vnam partem a centro versus circumferentiā scd̄m quantitatē semidiametri solis. ⁊ residuū sit equale semidiametro lune. Deinde super centrum circuli cōmunis fac vnum circulum scd̄m quantitatem semidiametri solis hoc modo. Pone pedem circini immobilē super centrum circuli cōmunis et extende mobilem ad punctum diuisionis iam facte: ⁊ describe circulum: qui erit circulus solis ⁊ includitur in predicto circulo cōmuni. Deinde accipias de predicta linea diuisa vnam partem: que sit equalis latitudini lune vise ad initiū eclipsis. Cui accipe equalē ad illam partem: versus quā fuerit latitudo lune in principio eclipsis. vt si latitudo lune in pncipio eclipsis fuerit meridionalis: tūc accipias eam a centro circuli cōmunis versus punctū meridiei. Si vero latitudo lune in principio eclipsis fuerit septentrionalis. tunc accipias eam a centro circuli cōis versus punctū septētrionis. Siſr figurabis locum latitudinis lune ad mediū eclipsis in parte in qua fuerit illa latitudo. Et eodē modo ad finē eclipsis Postea duc lineā paralellā seu eqdistantē diametro a signo initij eclipsis versus occidentē. Et nota locū contactus eius cū circūferētia circuli cōis. Deinde duc aliā lineā paralellā diametro a signo finis eclipsis ad orientē. ⁊ siſr nota cōtactū eius in circūferētia circuli cōis. Deinde accipias de linea diuisa vnā partē scd̄m quantitatē semidiametri lune. et facias scd̄m quantitatē eiusdē linee circulū lunarē. cuius centrū erit cōtactus linee paralelle cū circūferētia circuli cōis paralelle versus occidentē. ⁊ ibi erit luna in principio eclipsis. Siſr fac circulū consimilem in loco cōtactus alterius linee cū circūferētia circuli cōis versus orientē. et ibi erit luna in fine eclipsis. Eodē modo describe circulū lunarē scd̄m eandē quantitatē sup signū latitudinis lune vise hora visibilis coniūctionis seu medie eclipsis. ⁊ ille circulus ostēdit quantū obscurari debeat de sole hora coniūctiōis visibilis. quia quātū ille circulus detegerit de circulo solis: tantū obscurabit de sole. ¶ Exēpli grā. Sit linea. a. e. c. ptracta diuisa in duo eq̄lia in pūcto. e. cuius medietas. a. e. sit diuisa ī tot partes eq̄les q̄t sunt minuta ī aggregato ex semidiametris solis ⁊ lune siſ iūctis. Quā vlteri⁹ diuide in duas partes in pūcto. s. ita q̄ pars. e. s. sit eq̄lis semidiametro solis. ⁊ reliq̄ scʒ. s. a. sit equal' semidiametro lūe Deinde habeas pedē circini īmobilē in pūcto. e. ⁊ mobilē extēde vsq̄ in. a. ⁊ describe circulū. a. b. c. d. scd̄m qn̄tītatē linee. e. a. q̄ est eq̄lis semidiametris solis ⁊ lune siſ iūctis. ⁊ ille circulus est cōis. ⁊ centrū ei⁹ erit pūct⁹. e. ⁊ diameter linee. a. e. c. Deinde duc aliā diametrū scʒ lineā. d. e. b. intersecantē p̄dictā diametrū orthogonaliter in pūcto. e. Jlle duo diametri diuidūt predictū circulū cōem in. 4. pūctis: scʒ. a. b. c. d. in. 4. partes equales. ⁊ sit. a. pūct⁹ occidētis. b. meridiei. c. orientis. d. vero septētrionis. Deinde sup cētrū. e. describe circulū scd̄m quātitatē linee e. s. scʒ semidiametri solis: q̄ sit circulus. k. s. f. h. ⁊ ille erit circulus solis. Deinde scd̄m quātitatē minutoꝝ latitudīs lune vise in pncipio eclipsis accipias partē de diametro. d. e. b. ad illam partē versus quam est illa latitudo. vt si fuerit latitudo septentrionalis lune: accipe quantitatē eius in predicta diametro ex puncto. e. versus d. Si vero latitudo lune fuerit meridionalis: accipe quātitatē eius ex puncto. e. v̄sus. s. ⁊ signa eā p punctū. p. Eodē modo signa quātitatē latitudinis lune ī eadē diametro. ⁊ partē ei⁹ ī medio eclipsis p pūctū. m. ⁊ ī fine eclipsis p pūctū. n

Sit igit latitudo Lune in principio eclipsis septētrionalis designata p lineā.e.p. et latitudo lune i medio eclipsis meridionalis designata p lineā.e.m.ꝛ latitudo i fine eclipsis silr meridiana p lineā.e.n. Deinde a pūcto.p.q designat latitudinē lune in principio eclipsis: duc lineā.p.q.versus occidentē ad circūferentiā circuli cōis: ꝛ eqdistantē semidiametro.c.a.ꝛ pūctus incidētie i circulo cōi sit.q. Silr a pūcto.n.q designat latitudinē lune i fine eclipsis: duc lineā.n.g.versus orientē vsq ad circūferentiā circuli cōis eqdistantē semidiametro.e.c.ꝛ sit pūctus incidentie in circulo cōi pūctus.b. Deinde sup pūctū.q.in circulo cōi describe circulū scōm quātitatē semidiametri lune.s.linee.s.a.q erit circulus lune in principio eclipsis.ꝛ continget circulū Solis in pūcto.k. Eodē modo describe circulū lune scōm eandē quātitatē sup pūctū.b.q erit circulus lune i fine eclipsis.q etiā cōtinget circulū solis in puncto.f. Silr describe circulū lune sup pūctū.m.q est signū latitudinis lune vise in medio eclipsis. Et tunc quantū de circulo lune descripto sup punctū.m.subintrabit circulū solis tantū eclipsabit de supficie corporis solis.ꝛ infra ambitū istius circuli lune incidet pars circuli solis eclipsata.f.f.h.k.l. Ex his igit patet: ꝙ principiū eclipsis est in puncto.q.finis in puncto.g.ꝛ mediū in puncto.m. Et linea ducta a puncto q.ad punctum.g.ostendit transitū lune a principio eclipsis vsq ad finem.ꝛ linea.q.e.ostendit centrum tenebrarū ad principiū eclipsis. Et linea.e.g.ostendit centrū tenebrarū ad finē elipsis. Et hec patent in figura tua industria ex dictis depingenda.

¶ Expliciunt Canones siue Propositiones in tabulas Alfonsinas. Partim aliorū mere sunt: partim nostri. In nostris conati sumus exprimere stilum aliorū: quo vnū corpus concors videanť: ꝛ Thorax ipse non a capite ꝛ reliquis membris dissidere. Tabularum tamen primi motus (quarum nullas Alfonsus composuit) propositiones pretermisimus: ꝙ Astronomie studiosos ad tabulas Primi mobilis: quas de directionibꝰ Johānis de Monte regio appellari libuit: delegamus. In quo opere vir ille erigendi Thematis cōmunē modū prosequit: necnon rationalē: quem ipse approbat: quiq cōmodior est: ꝙ nō ad mediū climatis solū vt ceteri: sed etiā ad vnāquāq ciuitatem ꝛ locum accōmodari potest: preter cetera que ibi scitu iocundissima tractentur. Finis.

¶ Emendanda in transcursu errata i tabella latitudinis Veneris ꝛ Mercurij vtrobiq pro Eccentr. sept. lege Decliatio et pro Eccentr. mer. Reflexio.

Tabula Regionũ Prouinciarũ ac Ciuitatũ insigniorũ Europe: Et que in vicinijs singularum iacent ad scriptas tanꝙ primarias reducentur: pauxillo quopiã interuallo nullam differẽtiã notatu dignã importante.

Nomina oppidoꝝ		hõ	m̃	Polares g̃	Nomina oppidoꝝ		hõ	m̃	Polares g̃
Hybernia	oꝛ.	0	8	59	Madeburgum	oꝛ.	1	40	54
Scotia	oꝛ.	0	48	59	Erfoꝛdia	oꝛ.	1	28	51
Oxonium	oꝛ.	0	32	53	Lips	oꝛ.	1	34	51
Compostellum	oc.	0	16	45	Ingelstadium	oꝛ.	1	28	49
Lisibona	oc.	0	16	41	Nurenberga	oꝛ.	1	24	49
Toletum		0	0	41	Ratispona	oꝛ.	1	30	49
Coꝛduba	oc.	0	3	38	Ulma	oꝛ.	1	24	47
Cesaraugusta	oꝛ.	0	18	41	Pꝛaga	oꝛ.	1	48	50
Rhotomagus	oꝛ.	0	41	50	Uratislauia	oꝛ.	2	4	51
Parisius	oꝛ.	0	54	48	Cracouia	oꝛ.	2	20	51
Lugdunũ	oꝛ.	0	53	45	Caschonia	oꝛ.	2	20	50
Burdigala	oꝛ.	0	32	45	Buda	oꝛ.	2	14	45
Auinio	oꝛ.	0	52	44	Segnia	oꝛ.	1	54	45
Tolosa	oꝛ.	0	41	43	Uienna pãnonie	oꝛ.	1	39	48
Uienna pꝛouintie	oꝛ.	0	54	44	Patauia	oꝛ.	1	34	48
Massilia	oꝛ.	0	56	53	Saltzeburgum	oꝛ.	1	36	48
Pꝛugis	oꝛ.	0	48	52	Judeburgum	oꝛ.	1	36	47
Gandauũ	oꝛ.	1	0	52	Uillacum	oꝛ.	1	37	46
Traiectum	oꝛ.	1	12	53	Brixina	oꝛ.	1	32	45
Colonia agrippina	oꝛ.	1	11	51	Uenetie	oꝛ.	1	34	45
Machlinia	oꝛ.	1	0	51	Ancona	oꝛ.	1	38	44
Maguntia	oꝛ.	1	9	50	Roma	oꝛ.	1	40	42
Herbipolis	oꝛ.	1	20	50	Tarentum	oꝛ.	2	8	40
Argentina	oꝛ.	1	12	47	Brundusium	oꝛ.	2	4	39
Constantia	oꝛ.	1	14	46	Neapolis	oꝛ.	2	0	41
Augusta vindel.	oꝛ.	1	34	46	Floꝛentia	oꝛ.	1	34	43
Datia	oꝛ.	1	50	58	Mediolanũ	oꝛ.	1	24	44
Suetia	oꝛ.	1	52	62	Taurinũ	oꝛ.	1	22	43
Lubecca	oꝛ.	1	40	56	Genua	oꝛ.	1	20	43
Dantiscum	oꝛ.	2	20	56	Sardinia	oꝛ.	1	6	38
Bꝛunsuiga	oꝛ.	1	24	53	Sicilia	oꝛ.	1	54	37

ℭ Tabula Climatū: ⁊ Paralelloꝝ: ⁊ augmenti longioꝛis diei super diem equinoctij: ⁊ in diuersis gradibus miliarioꝝ.

G. polares

ℭ Equatoꝛ dierum: siue Equinoctia
0 lis habet diem hoꝛarum. 12. semp
1 cōtinue. Et vnus gradus longitu
2 dinis cōtinet miliaria. 60.
3
4

5 Prim⁹ paralellus differēs ab equi
6 noctiali hoꝛ. 0. m̄. 15. habens diem
7 maioꝛem hoꝛ. 12. m̄. 15.
8

9 Secundus paralellus differēs ab
10 equinoctiali hoꝛ. 0. m̄. 30. diem ha
11 bens maioꝛem hoꝛ. 12 m̄. 30.
12

ℭ Climatis primi principiū. g̃. 12.
13 m̄. 45. ⁊ est
14 Tertius paralellus differēs ab eq
15 noctiali hoꝛ. 0. m̄. 45. habens diem
maioꝛē hoꝛ. 12. m̄. 45. Gradus vn⁹
16 continet miliaria. 59.

Climatis primi mediū. g̃. 16. m̄. 40
17 Et est
18 Quartus paralellus per Meroen
19 differens ab equinoctiali hoꝛ. 1. ha
20 bens diem maioꝛē hoꝛ. 13.

ℭ Climatis secūdi principiū: ⁊ finis
21 primi est. g̃. 20. m̄. 30. Et est
22 Quintus paralellus: differens ab
23 equinoctiali hoꝛ. 1. m̄. 15. habens
24 diem maioꝛem hoꝛ. 13. m̄. 15.

G. pol.

Climatis secundi mediū est g̃. 24.
25 m̄. 1. Et est
26 Sextus paralellus Tropicus Can
cri per Sienē: differēs ab equino
ctiali hoꝛ. 1. m̄. 30. habens diē ma
ioꝛem hoꝛ. 13. m̄. 30. Gradus conti
27 net miliaria. 57.

ℭ Climatis tertij principium: ⁊ finis
28 secundi est. g̃. 47. m̄. 30. Et est
Septimus paralellus: differēs ab
eqnoctiali hoꝛ. 1. m̄. 45. habēs diē
29 maioꝛē hoꝛ. 13. m̄. 45.
Et est
Climatis tertij mediū. g̃. 30. m̄. 42.
30 Octauus paralellus p Alexandriā
31 differēs ab equinoctiali hoꝛ. 2. ha
32 bens diem maioꝛem hoꝛ. 14. Gra
33 dus continet miliaria. 54.

ℭ Climatis quarti principiū: ⁊ finis
34 tertij est. g̃. 33. m̄. 30. Et est
35 Nonus paralellus: differēs ab eq
noctiali hoꝛ. 2. m̄. 15. habens diem
36 maioꝛē hoꝛ. 14. m̄. 15.

Climatis quarti mediū est. g̃. 36.
37 m̄. 24. Et est
38 Decimus paralellus per Rhodū:
differēs ab equinoctiali hoꝛ. 2. m̄.
30. habens diem maioꝛem hoꝛ. 14.
39 m̄. 30. Grad⁹ continet miliaria. 50.

ℭ Climatis quinti principiū: ⁊ finis

Residuū Tabule precedentis climatū &c.

g. polares

40 quarti est g̃.39.m̄. Et est
Undecim⁹ paralellus: differens ab
eqnoctiali hor̃.2.m̄.45. habens diē
41 maiorem horarū. 14.m̄.45.

Climatis quinti medium est g̃.41.
42 m̄.20. Et est
Duodecimus paralellus per Hel
lespontū: differēs ab equinoctiali
hor̃.3.m̄.30. habēs diem maiorem
horarū. 15.m̄.0. Gradus continet
43 miliaria.47.

Climatis sexti principium: & finis
44 quinti est. g̃.43.m̄.30. Et est
Tertiusdecimus paralellus p Bi
santium: differens ab equinoctiali
hor̃.3. habēs diem maiorē hor̃.15.
45 m̄.15.

Climatis sexti mediū est. g̃.45.m̄.24.
Et est
46 Quartusdecim⁹ paralellus per pō
tū: differēs ab equinoctiali hor̃.3.
m̄.30. habens diem maiorem. ho
47 rarum. 15.m̄.30.

Climatis septimi principium: & fi
48 nis sexti est. g̃.47.m̄.15. Et est
Quintusdecim⁹ paralellus p Bo
risthenen: differēs ab equinoctiali
49 hor̃.4. habens diē maiorē hor̃.16.

Climatis septimi medium est. g̃.
50 48.m̄.40.

g. pol.

Climatis octaui mediū est. g̃.50.
51 m̄.40

53 Sextusdecim⁹ paralellus differēs
ab equinoctiali hor̃.4. habens diē
maiorē horarū. 16.m̄.30. Gradus
54 miliaria.42. cū dimidio.

Climatis noni medium est. g̃.54.
Et est
55 m̄.1.
Decimusseptimus paralellus: dif
ferēs ab equinoctiali hor̃.5. habēs
56 diem maiorem hor̃.17.

57 Decimusoctauus paralellus: diffe
rens ab equinoctiali hor̃.5.m̄.30.
habens diem maiorem horarū.17
58 cum dimidia.

59 Decimusnon⁹ paralellus: differēs
60 ab equinoctiali hor̃.6. habēs diem
maiorem horarū.18. Gradus con
61 tinet miliaria.32. & semis.

62 Uigesimus paralellus: differēs ab
ab equinoctiali hor̃.7. & habet diē
maiorem horarū. 19.

63 Uigesimusprimus paralellus per
Thylen insulam: differēs ab equi
noctiali horis.8. habens diem ma
iorem hor̃.20.

Tabula Quantitatis Dierum.

Sig. Aust.	Sig. Bor.																					Sig. Bor.	Sig. Aust.
	Po	36		37		38		39		40		41		42		43		44		45		lus	
	g	h.	m	h.	m	h.	m	h.	m	h.	m	h.	m	h.	m	h.	m	h.	m	h.	m	g	
♎	♈	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	30	
	3	6	3	6	4	6	4	6	4	6	4	6	4	6	4	6	4	6	5	6	5	27	
	6	6	7	6	7	6	8	6	8	6	8	6	8	6	9	6	9	6	9	6	10	24	
	9	6	10	6	11	6	11	6	12	6	12	6	12	6	13	6	13	6	14	6	14	21	
	12	6	14	6	14	6	15	6	15	6	16	6	17	6	17	6	18	6	18	6	19	18	
	15	6	17	6	18	6	19	6	19	6	20	6	21	6	21	6	22	6	23	6	24	15	
	18	6	21	6	22	6	22	6	23	6	24	6	25	6	26	6	27	6	27	6	29	12	
	21	6	24	6	25	6	26	6	27	6	28	6	29	6	30	6	31	6	32	6	33	9	
	24	6	27	6	28	6	30	6	31	6	32	6	33	6	34	6	35	6	36	6	38	6	
	27	6	31	6	32	6	33	6	34	6	36	6	37	6	38	6	40	6	41	6	43	3	
♏	♉	6	37	6	35	6	37	6	38	6	39	6	41	6	42	6	44	6	45	6	47	♍	♓
	3	6	37	6	39	6	40	6	41	6	43	6	45	6	46	6	48	6	50	6	51	27	
	6	6	40	6	42	6	43	6	45	6	47	6	48	6	50	6	52	6	54	6	56	24	
	9	6	43	6	45	6	47	6	48	6	51	6	52	6	54	6	56	6	58	7	0	21	
	12	6	46	6	48	6	50	6	52	6	54	6	56	6	58	7	0	7	2	7	4	28	
	15	6	49	6	51	6	53	6	55	6	58	6	59	7	1	7	4	7	6	7	8	15	
	18	6	52	6	54	6	56	6	58	7	0	7	3	7	5	7	7	7	10	7	12	12	
	21	6	55	6	57	6	59	7	1	7	3	7	6	7	8	7	11	7	13	7	16	9	
	24	6	57	7	0	7	2	7	4	7	6	7	9	7	11	7	14	7	17	7	20	6	
	27	7	0	7	2	7	4	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	20	7	23	3	
♐	♊	7	2	7	4	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	20	7	23	7	26	♌	♒
	3	7	4	7	7	7	9	7	12	7	14	7	17	7	20	7	23	7	26	7	29	27	
	6	7	6	7	9	7	11	7	14	7	17	7	19	7	25	7	26	7	29	7	32	24	
	9	7	8	7	10	7	13	7	16	7	19	7	22	7	25	7	28	7	31	7	35	21	
	12	7	9	7	12	7	15	7	17	7	20	7	23	7	27	7	30	7	33	7	37	18	
	15	7	11	7	13	7	16	7	19	7	22	7	25	7	28	7	32	7	35	7	39	15	
	18	7	12	7	14	7	17	7	20	7	23	7	26	7	30	7	33	7	37	7	40	12	
	21	7	13	7	15	7	18	7	21	7	24	7	27	7	31	7	34	7	38	7	42	9	
	24	7	13	7	16	7	19	7	22	7	25	7	28	7	32	7	35	7	39	7	42	6	
	27	7	14	7	16	7	19	7	22	7	25	7	29	7	32	7	35	7	39	7	43	3	
	30	7	14	7	17	7	19	7	22	7	26	7	30	7	32	7	36	7	39	7	43	♋	♑

Tabula Quantitatis Dierum.

Sig. Aust.	Sig. Bor.	Po	46		47		48		49		50		51		52		53		54		55		lus	Sig. Bor.	Sig. Aust.
		Gr.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	h.	m.	Gr.		
♎	♈		6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	30		
		3	6	5	6	5	6	5	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	7	6	7	27		
		6	6	10	6	10	6	11	6	11	6	11	6	12	6	12	6	13	6	13	6	14	24		
		9	6	15	6	15	6	16	6	16	6	17	6	18	6	18	6	19	6	20	6	20	21		
		12	6	20	6	20	6	21	6	22	6	23	6	24	6	24	6	25	6	26	6	27	18		
		15	6	25	6	26	6	26	6	27	6	28	6	29	6	31	6	32	6	33	6	34	15		
		18	6	30	6	31	6	32	6	33	6	34	6	35	6	37	6	38	6	39	6	41	12		
		21	6	34	6	36	6	37	6	38	6	40	6	41	6	43	6	44	6	46	6	48	9		
		24	6	39	6	41	6	42	6	44	6	45	6	47	6	49	6	50	6	52	6	54	6		
		27	6	44	6	46	6	47	6	49	6	51	6	53	6	55	6	57	6	59	7	1	3		
♏	♉		6	49	6	50	6	52	6	54	6	56	6	58	7	0	7	3	7	5	7	8		♍	♓
